



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...

Brauer, Hermann Brauer, Hermann

Bremen, 1721

urn:nbn:de:gbv:46:1-7352

BIBLIOTHECA

Historico - Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Quartae

FASCICULUS QUINTUS.



BREMÆ,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII.

Typis HERMANNI BRAUERI, MD CC XXI.

VIRO

*Amplissimo, excellentissimo
eruditissimoque*

JOHANNI
CHRISTIANO
KIRCHMEIERO,

Theologo in Academia
Heidelbergensi vetustissima cele-
bratissimi nominis,

CONSILIARIO ECCLESIASTICO

Archipalatino,

& ad D. Petri oraculorum divino-
rum Interpreti praestantissimo,

Viro pietatis in Deum haud tralatitiae,
juxta & doctrinae laude,

Multisque in ecclesiam e-
mendatam difficillimis potissi-
mum his temporibus, meritis
valde insigni,

Tertium hunc supra vicesimum

HUJUS

BIBLIOTHECAE

FASCICULUM,

Tamquam haut fucatae
amicitiae atque observantiae
suae

Tex. u. n. e. i. o. v. atque interpretem transmittunt,

UT HOS INCREMENTO SACRAE
cognitionis

Consecratos labores, sibi jubeat
esse quam commendatissimos,

Pulcherrimique, quo floret, ingenii
foetibus, adaugeat, maximopere
optantes

EDITORES.

Le-

Leges in hoc Fasciculo

- I. Joh. Georg. SCHELHORNII ad quædam N. T. loca annotationes pag. 777.
- II. Yvonis GAUCKES de *Diluvio* dissert. Physico-Geometrico-Theologicam p. 798.
- III. Casp. MAURITII de *Confessione & absolutione privata* Theses p. 853.
- IV. Joh. Casp. MERCKEN *cogitationum sacrarum* specimen p. 883.
- V. Epistolarum ineditarum M. LUTHERI vel ad eum scriptarum ΔΕΚΑΔΑ, nempe.
 - A. Jac. MEIERI, ad *Lutherum* p. 903.
 - B. LUTHERI ad Jac. *Meierum* p. 907.
 - C. & D. Ejusdem ad *Capitonem* duas p. 911. & 913.
 - E. Ej. ad eundem & Collegas p. 914.
 - F. Ej. ad *Schwenckfeldium*, p. 915.
 - G. Ej. ad *Bucerum* p. 917.
 - H. Ej. ad *Capitonem* p. 918.
 - I. & K. W. Fabr. CAPITONIS ad *Lutherum* duas p. 920. & 929.
 - L. Ej. ad *Melanchthonem* p. 931.
- VI Chr. Aug. HEUMANNI ad J. L. *Moshemium* Epistolam responsoriam p. 935.
- VII. CLEMENTIS VIII. Papae epistolam ad *Senatum Basileensem* p. 945.



I.

JOH. GEORGII SCHEL-
HORNII,

Annotationes ad quædam
Novi Fœderis loca.

ARGUMENTUM.

2. Cor. III. 6. *γράμμα* non litera, sed immediate lex reddendum. Nam & Græcis Scriptoribus quandoque legem scriptam denotat: Isocrati, Libanio, Aristophani. §. I. Eph. IV. 13. *μέτρον ἡλικίας*, mensura ætatis: apud Plutarchum, *μετρον βιοτῆς* mensura vitæ apud Lucianum. Locus Heliodori de discrimine ætatis, *γυνὴ τελεία* quo sensu dicatur? §. 2. I. Pet. I. 9. *Σωτηρία ψυχῶν* videtur metonymice designare ipsum Christum, Salutis nostræ autorem. Contextus huic sententiæ favet. Hoc sensu Romanis Dea, quæ salutis tuendæ & recuperandæ præerat Salus, Græcis *Σωτηρία* dicta. Alia conjectura de hoc loco. §. 3. I. Cor. XIII. 12. de cognitione Dei, quæ in hanc vitam cadit, Plutarchi locus insignis, ejusdem verba de notitia Dei exacta & perfecta post hanc vitam. §. 4. ad Matth. XXI. 41. de phrasi, *κακὸς κακῶς ἀπολείπει*
Class. IV. Fasc. V. Ddd 25-

αὐτῶς, quædam exempla ex profanis autoribus afferuntur. §. 5. Hebr. VII. 3. Melchisedecus ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, quia nec Pater, nec Mater illius in Scriptura indicantur. Similis locus Comici. Homines ignotis parentibus orti Romanis novi dicti & a se orti, Calasiridis apud Heliodoram παῖδες ἀμήτορες, quo sensu? Minerva ἀμήτωρ. Bacchus διμῶτωρ, viperarum catuli ἀμήτορες, Deus ex responso Apollinis ἀμήτωρ. Inter gentiles multi ἀπάτορες. §. 6. Matth. VI. 28. 29. Julianus pauperrimum τὸ κρινὸς γυμνότερον dixit, §. 7.

§. I.

Ambabus manibus amplector probatissimorum interpretum sententiam, qui 2. Cor. III. 6. verbis τὸ γράμμα ἀποκλείνει de lege divina sermonem esse, ejusque variis effectibus asserunt, ut occidere dicatur, dum e. g. peccatorum gravitatem & multitudinem manifestat, certissimam condemnationem indicit, & ultimos conscientiae angores ac terrores procurat, peccatorem denique, nisi Christum respiciat, ad desperationem adigit, & s. p. At vocem γράμμα non literam hic, sed immediate legem denotare simul contendo. Quid enim opus, ut multis ambagibus demonstrares, quare lex hic vocetur litera, si ipsi Scriptores Græci purissimi vocabulo γράμμα legis significatum nonnunquam tribuerunt. Exemplis hoc ostendam paucis, sed sat luculentis. Provoco nimirum ad Isoeratem, Græcorum facile disertissimum, in Areo.

Arcopag. p. 288. edit. Wolf. ἔδέν κωλύειν, ὁμοίως
 ἅπαντας εἶναι τὰς ἡλικίας, ἕνεκά γε τῷ ῥάδιον εἶναι
 τὰ γράμματα λαβεῖν παρ' ἀλλήλων i. e. nihil pro-
 hibere, quominus omnes Graeci aequales essent: cum
 proclive sit, leges alios ab aliis exscriptas mutuari
 & iterum: δεῖ τὰς ἐν πολιτευομένῃς ἔτι τὰς σοαῖς
 ἐμπιμπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν
 τὸ δίκαιον. Decet prudentes magistratus, non portu-
 cus implere legibus, sed efficere, ut cives animis in-
 situm habeant Justitiae studium. Libanio in Pa-
 rentali in Julianum Imp. C. XLVI. p. 231. J.
 A. Fabricii Bibl. Gr. Volum. VII. γράμματα
 sunt decreta & edicta: Καὶ τίττες οἱ κομίζοντες
 τὰς νόμους καὶ πολλὰ ἔπεσε γράμματα, τὰ μὲν ἔ-
 χείρω, τὰ δὲ καὶ βελτίω, πᾶσιν ἀπέειχον τῷ μισθῶν
 ἐπὶ πλείστοις αἰτεῖν, ἄλλ' ἐκόντων διδόντων ἔπι προσέει-
 πο. Godofr. Oleario interprete: Tales autem
 leges, immo & alia edicta, vel non minus, vel et-
 iam longe magis proficua quicunque ad civitates per-
 ferebant, adeo mercedem navata in perferendo ope-
 re non exigebant, ut ultro etiam oblatam non ad-
 miserint. Ita Aristophanes in Concionatr. v.
 1042.

Ἄννη σὺ ποῖ παρεβᾶσαι τὸν δε τὸν νόμον
 Ἐλκεις, παρ' ἐμοὶ τῶν γραμμάτων εἰρηκότων
 Πρότερον καθέυδειν ἄνλόν;

Heus heus tu! quoniam ipsum trahis contra le-
 gem,
 Scilicet qua cautum est, ut is juxta me
 Prius dormiat?

in quem locum Tanaqu. Faber. *γράμματα* ex Aristotele & aliis sunt leges scriptæ quid sint autem proprie, olim explicaverat Hesychius, sed hodie locus ille mutilus est. Supplet eum Faber, ut nunc sic sibi constet: *γράμματα τὰ γεγενημένα καὶ συλλαβαὶ καὶ τὰ ζωγραφήματα, καὶ τὰ ἐν ταῖς δικαστικαῖς ψήφοις τυπώματα, καὶ ἀπογραφαι*. Loca Aristotelis nonnulla, ad quæ laudatus Faber respicit, notavit Vir κερικοτατ Joh. Clericus in Nov. Test. Hammondi ad Matth. V. 17. quanquam illa eo fine citaverit, ut ostenderet, *γράμμα* dici simplicissimum legis sensum, quem Grammaticum seu literalem vulgo vocamus, qua ratione ritus externi innumeri lege sanciantur; πνεῦμα vero animum legislatoris, sub symbolicis illis præceptis latentem: de quo alii viderint. Ego mihi persuadeo, ex iis locis Aristotelis clarissime elucescere id, quod dixi, nempe *γράμματα* Græcis interdum denotare leges scriptas: quamvis non sine causa hoc potissimum nomine Apostolum fuisse usum, facile cuivis largiar. Unum adhuc moneo: cum *γράμμα* aliquando sit lex, hinc *γραμματεία* subinde Legisperitum, Jurisconsultum, Cancellarium, *γραμματεῖον* vero & *γραμματείδιον* legum tabulas designare. Νόμον crebro idem esse ac jus non scriptum, idque universe approbatum & gentium nationumque cultiorum consensione roboratum, alii jam observarunt.

§. 2. Eph. IV. 13. B. Lutherus μέτρον ἡλικίας cum Vulgata reddidit mensuram ætatis: alii malunt staturæ, inter quos Lamb. Bos in Exercitat. Philol. & versio Tigurina, ein vollen kommen Mann werden/ der da seye in der Maß der völligen Gliedmaß Christi. Quamcunque elegeris interpretationem, sensus enascetur haud incommodus. Prior firmatur testimonio Plutarchi de Consolat. & Apollon. f. 113. T. II. Opp. εἰ δὴ ὁ τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων χρόνος εἰκοσμητὸς ἦν, τὸν πεντεκαίδεκάετη ἀπογενόμενον, ἐνομίζομεν ἂν μηκέτι ἄωρον τελευτᾶν, ἀλλ' ἤδη μέτρον ἡλικίας ἔχοντα ἰκανόν. Porro si ætas hominis spatio XX. annorum determinaretur, natum annos XV. putaremus jam non immatura morte decedere, sed ad justæ ætatis mensuram progressum. Sic Timolaus apud Lucianum in Navigio: *Atque hæc omnia habeam, non in breve tempus ac statim moriturus, μηδὲ κατὰ μέτρον ζῶν τῆς ἀνθρωπίνης βιοτῆς neque etiam ad mensuram humanæ vitæ vivens, sed annos mille, subinde juvenis ex juvene renascens, vivendo exigam.* De differentia ætatis peregre Heliodorus L. VII. C. VIII. Æthiopic. differit, qui locus, etsi paululum prolixior, ob elegantiam adscribi meretur: *ἔξεχύθη γὰρ πᾶσα (πόλις) διὰ πυλῶν, καὶ τὸ προκείμενον πεδίον ἐπλήρη διὰ πάσης ἡλικίας. Τῆ μὲν ἐφηβέουτος τῆς πόλεως, καὶ εἰς ἀνδρας ἄρτι παραλάττοντος, τῷ θεαγένει προτρέχοντος· τῷ δὲ θυαμίδι ΤΗΣ ΑΚΜΑΖΟΥΣΗΣ ΗΛΙΚΙΑΣ, καὶ τῆ ἀνδρας ὀλοκλήρως πληρῶσης καὶ τι καὶ ἀναγνωρίζειν τὸν Θυα-*

μιν ἐχέσης. Τὸ δὲ παρ'Θενέου τῆ ἀΐσεος, καὶ νυμφῶ-
 νας ἤδη φανταζόμενον τὴν χαρὶκλείαν περιείπε· πρεσ-
 βυτικὸν δὲ καὶ ἱερὸν ἄπαν γένος ἐδάρυφ'ερε τὸν Καλασι-
 ριν. Effusa namq; fuerat per portas, patentem campum
 frequentia cujuslibet ætatis impleverat : parte civi-
 tatis pubere, Ἔ virilem ætatem tum primum attin-
 gente, accurrente ad Theagenem ad Thyamidem ve-
 ro florentis ætatis Ἔ exacta maturitate viros con-
 stituentis atque etiam per ætatem Thyamim cogno-
 scentis. Porro virginea urbis portio de sponso jam
 cogitans ad Charicleam adherescebat. Senile au-
 tem Ἔ sacrum genus totum stipabat Calasiridem.

Ἄνδρα τέλειον dici Græcis, qui justam jam æta-
 tis & virium mensuram complevit, ab aliis
 ad h. l. sufficienter est demonstratum : hoc
 igitur tantum adjicio, iisdem mulieres viro
 maturas, & perfectæ ætatis nominari con-
 sueſſe πελείας γυναῖκας, quo titulo præsertim eæ
 fuerunt insignitæ, quæ jam matrimonii vin-
 culo sociatæ viris erant, ætate florentes. Sic
 celebratur. Ἡ ἑξ πελεία in Pausaniæ Arcadicis
 f. 253. ubi traditur, in prisca Stymphalo Te-
 manum Junoni tria fana cum Deæ cognomi-
 nibus totidem dedicasse. Puellam enim, dum
 Virgo esset : Jovi vero nuptam πελείαν seu
 adultam : divortio ab eo factō, cum stym-
 phalum se recepisset, viduam appellasse, Cf.
 ejusdem Bœotica. f. 283.

§. 3. 1. Pet. I. 9. fideles dicuntur reportasse
 τὸ τέλος τῆς πίστεως, σωτηρίαν ψυχῶν. Conjectu-
 ram ad te fero de hujus loci sensu : in quo
 omnes

omnes fere , quos vidi , interpretes consen-
 tiunt , ut per σωτηρίαν ψυχῶν salutem eternam
 notari asserant : sed fateor , mihi , totam ora-
 tionis seriem consideranti , videri illud dubi-
 um . Paucis dicam , quid sentiam : quamvis
 mihi perinde fuerit , sive id tuo calculo ap-
 probaveris , sive obelo confoderis . Scilicet
 Σωτηρία ψυχῶν videtur hic esse ipse Christus
 per metonymian effectus , qui ponitur pro
 causa efficiente , cujus plura exempla submi-
 nistrat Glassius in Philol. S. p. 1448 . Illum hoc
 sensu jam Simeon τὸ σωτήριον τῆς θεῆς Luc. II.
 30. nominavit . Paulo autem absque tropo
 & plenius Hebr. V. 9. αἵτις σωτηρίας αἰωνίας &
 Cap. II. 10. Ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας dicitur . Chri-
 stus τὸ τέλος πίστεως , fidei finis & sco-
 pus , in quem veteris Test. fidelium spes o-
 mnis ac desiderium ardens collimavit . Hunc
 jam obtinuerunt novi fœderis cives , cum de
 prisca fidelibus contra Gentium Doctor illu-
 stris scribere necessum habuerit : ἡ ἐπιθυμία πάντων
 τὴν ἐπαγγελίαν Hebr. XI. 39. Cui verbo in
 nostro textu eundem significatum tribuimus .
 Non temere & inconsulto in hanc sen-
 tentiam incidimus , nec novaturien-
 di animo , sed ipso contextu permoti , qui
 nostram hanc interpretationem fulcire vide-
 tur . Præterquam enim quod Petrus in præ-
 senti , non in futuro loquatur , ubi temporum
 enallage sine necessitate haud fingenda , quia
 non librum Propheticum præ manibus habe-

mus : versus 10. & sqq. nobis suffragantur. Si enim de salute æterna sermo esset, sane & prisci fideles ejus participes compotesque dicerentur : nam tantum abest, ut inde exclusi sint, ut potius & nos confidamus, eadem, quæ ipsi, ratione beatitudinem consequi. Verisimilius igitur est, eorum desiderium, quo adventui Messia inhiabant, indigari, de quo sexcenta vestigia in V. T. comparent. Sic v. g. scrutabatur & anxie desiderabat eum Jacobus moribundus Genes. XLIX. 18. *וַיִּשְׁאַל בְּיָמָיו וַיִּשְׁאַל* quod LXX. Seniores reddiderunt, *τὴν σωτηρίαν περιμένων Κυρίσ,* per quam *Σωτηρίαν* multi commentatorum fontem salutis nostræ Christum, quem ardentem sitiebat pius Patriarcha, intelligunt. *Σωτηρίαν & Σωτήριον* LXX. Interpretibus idem esse multis locis comprobare possem, sed sufficit unus cum l. c. collatus, nimirum Ps. xiv. 7. *Τὶς δώσει ἐκ Σιών τὸ σωτήριον τῷ Ἰσραὴλ,* ubi in fontibus Hebraicis eadem vox *הַשִּׁוּי*, quæ Gen. XLIX. extat, reperitur. Quid multa? Petrus v. 11. expresse dicit, Prophetas scrutatos esse tempora Messia, quod ab iis factum est vel vaticinando de illius adventu, vel flagranti desiderio felicia aureaque ista secula, quibus serpentis infernalis contritor appariturus esset, exoptando, vel denique illius temporis momenta & præcipuas circumstantias digito velut intento monstrando. Noli autem arbitrari, hanc quam diximus,

me-

metonymiam esse N. T. tantum stylo congruam, adeoque forte Hebraisimum sapere: nam quid aliud est, cum ipse Romanæ eloquentiæ parens Clodios, Catilinas, Antonios, Reip. pestes, nec non Messenii apud Ælianum p. m. 798. Epicuræos λυμεώνας τῶν νέων vocitant, sive eos, qui præcipui autores erant pestis & interitus Reip. juvenumque? Non opus est, ut in re minime dubia exempla cumulem: unum saltem noto. Hoc sensu Romanis Dea, quæ Saluti tuendæ & recuperandæ præerat, SALUS dicta est, quam Græci Σωτηρίαν appellare solebant. Sic Cicero in Orat. pro Fontejo: *Salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest.* Ita & Plautus Captiv. III. 3. 14. *Neque jam salus servare, si vult, me potest, nec copia est.* Ex quo deinde Terentius Adelph. IV. 7. 43. fere eadem habet. E Græcis Pausanias in Achaicis f. 22. memorat templum & signum e lapide, quod Σωτηρίας sive Salutis nuncupatur. cf. f. 231. Sic a Græcis quoque culta fuit Ὑγεία, quæ sanitatem sartam tectamque conservare credebatur. Extat in eam hymnus apud Orpheum, nec non Aiphronis Pæan, quem servavit Athenæus in calce Libri XV. Deipnosoph. Hæc non ideo adduximus, ac si testudinem pegaso, rem nihili optimo Salutis nostræ fonti conferre animus esset, sed eo duntaxat fine, ut perspicias, non adeo etiam apud externos insolentem esse eam loquendi rationem, qua

Petrum l. c. usum fuisse conjecimus. Si hæc sententia tibi displicuerit, forte per *Σωτηρίαν τῶν ψυχῶν* intelligi posset benedictum redemptionis opus, quo Salus nostra nobis restituta est: quodque jam perfectum & consummatum esse, Novi Test. fideles gaudere poterant. Cæterum per me quivis suo abundet sensu.

§. 4. Præclare S. Paulus I. Cor. XIII. 12. disputat de cognitione Dei, quæ in hanc vitam cadit, & valde imperfecta obscuraque est: eidem vero subjungit illustrem & plenariam Numinis intuitionem, quæ fidelibus continget in vita æterna. Non abs re fuerit, hic notasse insignia verba Plutarchi, quæ in eadem materia adhibet Libro de Iside & Osiride f. 382. T. II: Opp. postquam de symbolis cum Ægyptiorum tum Pythagoræorum aliorumque, quibus Deum quodammodo delineabant, nonnulla differuisset: *ἐπεὶ ἔν οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων, ἔδεν ἐν αἰψυχῆς ἢ αἰσωμάτων πρῶγμασιν ἀινιγματῆς θεῆς καπιδόντες ἠξίεν ἀμελεῖν ἔδεν ἔδε ἀπμάζειν, ἔπι μάλλον οἰομαι τὰς ἐν αἰσθανομέναις καὶ ψυχὴν ἐχέσαις ἢ πᾶσι καὶ ἡδύ φύσειν ἰδιότητας κατὰ τὸ ἡδύ. Ἀγαπήλειον ἔν ἑτάυτα πμῶνας, ἀλλὰ διαλέτων τὸ θεῖον, ὡς ἐναργετέρων ἐσόπτρων ἢ φύσει γεγονότων, ὡς ὄργανον ἢ τέχνην ἀεὶ τῆ πάντα κοσμοῦν θεῶ νομίζειν καλῶς.* Vel ut transtulit Xylander: proinde cum philosophorum probatissimi conspectam **ALIQUAM OCCULTAM DEI IMAGINEM** ne in animo

qui-

quidem corporisque expertibus rebus neglexerint, aut contemnendam senserint: multo, nisi fallor, pluris faciendæ sunt, quæ in sensibus animatisve proprietates eo pertinent, eorumque affectionibus & moribus. At enim probandi sunt, non qui isthæc, sed qui per hæc numen venerantur: istaque recte habentur pro SPECULIS clarioribus & a natura suppeditatæ, tanquam instrumenta & artificia Dei universa ornantis. En tibi ἀνίγματα ἢ ἐσπῆρα θεότητος in rebus inanimatis (symbolis scil. variis &c.) & sensibus! Omnes omnium rerum perfectiones testimonium perhibent de absolutissima Dei creatoris & consummata perfectione. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum. Ps. XIX. 2. Hinc iterum Plutarchus ad principem indoctum f. 781. de Deo scribit, quod solem in cælo pulcherrimum sui documentum composuerit, in quo δὲ ἐσπῆρα εἰδωλον ἀναφάνεται τῆς ἐκείνου ἐνοραῖν δι' αὐτῆς δυνατοῦς, tanquam speculo gnaris se cernendum præbet. Sed quantumvis omnia sint illustria majestatis divinæ monumenta: attamen nondum sufficiunt nobis ad plenariam Numinis infiniti cognitionem: sunt saltim ænigmata ἢ ἐσπῆρα divinitatis, quam per ea ἐν μέγῃς duntaxat & obscuriuscule in hac vita agnoscimus: futuri demum seculi erit, Deum contueri ipsum, καθὼς ἐστὶ. 1. Joh. III, 2. πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Hujusmodi ænigmata complectitur Arbor Cabalística, quæ sub involucris obscuris multa
de

de Deo ejusque attributis tradit. Post hanc vitam relecta facie se nobis contemplandum sistet supremum Numen: cujus rei etiam gentiles aliqualem habuere notitiam. Audi, si lubet, rursus Plutarchum in libello de Is. & Osir. pag. cit. & sq. ἀνθρώπων δὲ ψυχαῖς ἐκταυθοῖ μὲν ὑπὸ σωμαίων ἢ παιδῶν περιεχομέναις ἐκ ἴσμετεσσία τῆ θεῶ κ. τ. ε. *Hominum autem anima, quamdiu hic a corporibus & adfectionibus continentur, nihil habent cum Deo consortii, nisi quatenus Philosophia adjumento veluti per somnium intelligentia eum attingunt. At postquam soluta migraverunt in purum, & visui atque perpeffionibus non obnoxium: ibi tum earum ipse Deus ductor est, ab ipso pendentium, spectantiumque absque ulla satietate & desiderantium ineffabilem hominibus pulchritudinem.* Sunt certe, si sano accipias sensu, verba omni auro cariora, cujusmodi pluribus passim utitur Plutarchus, multijugæ scientiæ vir, qui thesauros, non libros nobis reliquisse merito censetur. Unum solummodo adhuc ex eo delibare placet: in περιμυθητικῶ πρὸς Ἀπολλώνιον f. 108. T. II. ἀλλὰ τῶ ὄντι ἡμῖν δέδεικται, ὅτι εἰ μέλλομεν ποτε καθαρῶς τι εἶσοθαι, ἀπαλλακτέον αὐτῆ ἢ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεατέον αὐτὰ τὰ πρῶτα γματα, κ. τ. λ. *Itaque revera demonstrat (Plato) quodsi aliquando volumus pure aliquid cognoscere, corpus exuendum sit, ipsoque per se animo res intuenda; ita demum consequemur, quam expetimus, & cujus amatores nos esse profiteremur, sapientiam. Eam autem ratio docet, non viventibus, sed*

mor-

mortuis nobis adfuturam. Si enim fieri non potest, ut corpore præditi quicquam sincere cognoscamus, alterum horum sit necesse est, ut aut nunquam aut mortui scientia fiamus compotes. Tunc enim ipse secum erit animus a corpore separatus, non ante & paucis interjectis: tum demum (postquam nos Deus exsolverit) puri & stultitia corporea exonerati cum Diis erimus, omnia nobis ipsis sincera cernentes, scilicet ipsam veritatem. Nefas enim est, purum ab impuro contingi. Recte equidem, si quid judico. Profitetur enim hic Plato clarissime, cognitionem divini Numinis post mortem fore demum nobis perfectam. Sed hoc ejus mentem fugit, quod nec corpora beatorum, in judicii die resuscitata, ac cœlestibus donis aucta impeditura sint illustrem hanc notitiam & intuitionem Dei, cujus nos certiores reddunt divinæ litteræ.

§. 5. Notum est, priscis frequentem fuisse imprecationem hanc: male pereas, ὡς ὄλοιτο παγκάκως, Dii te male perdant, & sic porro. Novimus quoque genus juris jurandi, apud Aristophanem præprimis creberrime obvium: ἀπολοίμην κάκιστα, quod Plauto Terentioque est: male, pessime peream. Nec insolens erat convitii formula, ὦ κάκισ' ἀπολέμενε, pessime, perдите. Pariter tritum fuit veteribus, de interitu facinorosorum dicere, quod male perierint: quin justitiæ divinæ id omnino convenire illis persuasum erat. Sic Herodianus

L. I. C. IX. v. 16. de Perennio : ἐχὴν τὸν πε-
 ρέννιον σὺν τοῖς παισὶδιολέσθαι κακῶς, *aquum erat,*
ut Perennius una cum filiis male periret. Ita &
 Matth. XXI, 41. prædicatur Nemesis divina
 contra pessimos vinitores, qui pro merito suo
 pessime perdendi erant. Scilicet κακὸς κακῶς
 perire æquum & justum fuit. Elegantissima
 autem est Matthæi locutio, & purissimis quo-
 que Græciæ Scriptoribus usitata. Dederunt
 ejus exempla quædam Viri Doctissimi, Hom-
 bergius, Majus & Raphelius: sed nec nos
 ἀσύμβολοι ab hoc loco recedemus, ut eo illu-
 strior evadat Matthæi elegantia ac venustas.
 Demosthenes Orat. adversus Midiam f. 413.
 εἶτα θαυμάζεις, εἰ κακὸς κακῶς ἀπώλῃ; Et mi-
 raris, te, malus cum sis, male perituum? I-
 dem adversus Zenothemid. f. 575. ἐκεῖνος μὲν
 ἔτος, ὡσπερ ἦν ἀξίος, κακὸς κακῶς ἀπώλετο, ἃ τὸς
 ἀλλοὺς ἐπεβέλευσε ποιῆσαι τὰυτὰ παθῶν αὐτός. Ille
igitur sic, uti merebatur, malus male perit: suis
ipse insidiis, quas in alios instruxerat, captus atque
oppressus. Plutarchus Lib. Amat. f. 768. T. II.
 Ἀπόλοιτο τίνυν κακὸς κακῶς. Euripides in He-
 cub. v. 844.

Ἔσθλ' ἄρα γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ' ὑπηρετεῖν,
 καὶ τὸς κακὸς δρᾶν πανταχῶ κακῶς αἰεὶ.
Boni enim viri est justitiæ servire,
Et malos punire ubique semper.

Idem alibi: κακὸν γὰρ ἀνδρὸς χερὶ κακῶς πιάζειν
 αἰεὶ. Sophocles in Ajace v. 1248.

Κακὸς κακῶς ἀΐθαπτος ἐκπέσει χθόνι.
Malus male insepultus excidat terra.

Idem in Philoctete:

Ἔσσι κακῶς ἀνίης ἀπόλλυθαι κακῆς.
Sine sceleratos illos male perire.

Euripides iterum in Trojad.

Ἐλθῶσθε δ' Ἀργος, ὡσπερ ἄξια, κακῶς
 Κακὴ θανείηαι.

*Ubi venerit Argos, ut digna est, male
 Mala morietur.*

Idem in Medea:

Σὺ δ', ὡσπερ εἰκὸς, κατθανῆ κακὸς κακῶς.

Aristophanes in equitibus:

Ἐδὲ μουσικὴν ἐπίσασμαι

Πλὴν γραμμαμάτων, ἢ τῶν τα μὲν κακῶς κακῶς.

*Neque musicam doctus scio, sed literas tantum,
 atque eas malas male.*

Idem ib. mox ab initio:

Ἰατρίαια ἄξ τῶν κακῶν ἰατρίαια

Κακῶς παφλαγόναι τὸν νεώνητον κακόν.

Ἄυταισι βελαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί

Heu mala & calamitates! Dii male perdant,

Hinc sceleratum Paphlagonem recenter emtum.

Diphilus apud Clementem Alex. Stromat.

L. V. f. 606.

Ἐὶ δὲ τις πράττει κακῶς

Κακὸς πεφυκὸς, τὸν χρόνον κερδαινέτω,

χρόνω γὰρ ἔτι ἕσπερον δώσει δῆκην.

Si quis interim scelus

ΡΑ-

*Patrat scelestus, ponat in lucro moram,
Namque ille tandem maximam poenam dabit.*

In inscriptione veteri apud Schurzfleischium,
in Actis Literariis p. 73. ex mente Gru-
teri :

Τίς μὲ τὴν Σειρήνας κακῶς κακὸς ἤρπασε δαι-
μων.

Theognides in Sentent. v. 279.

Ἐκὼς τὸν κακὸν ἄνδρα κακῶς τὸ δίκαιον νομί-
ζειν.

*Verisimile est, malum virum male jura admini-
strare.*

Incerti epigramma in Timonem τὸν μισάνθρω-
πον, Anthol. Gr. L-III. C. VII.

Ἐνθά δ' ἀπορήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κείμαι,
Ὀνομα δ' εἰ πύσιθε κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοιθε.

Interprete Joh. Sleidano :

*Hic recubans abrupta anima infelice quiesco,
Nomen ne queras : mala pestis perde scelestos.*

Adde etiam Suidam in : κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο.
Plautus in Rudent. A. II. S. III. v. 7.

Trach. *Quid agis tu hic?* Ampelisc. *aetatem
haud mala male.* Id. in Casina :
Mala, male male monstrant. & passim alibi.

§. 6. Hebr. VII, 3. Melchisedecus nomina-
tur ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος. Plurimi
commentatorum eum sic dici existimant,
quod illius nec pater, nec mater, nec genus
in

in Scriptura indicentur. Loca quædam ex profanis autoribus, huic gemina, dederunt Clericus, Grotius & Alex. Morus; ex quibus elegantissimum esse judico Senecæ Epist. 108. *Duorum Romanorum Regum alter Patrem non habet (ἀπαίτωρ) alter Matrem (ἀμήτωρ)* quod Seneca explicans, de Servii matre, ait, dubitari, Anci patrem nullum dici. Addo verba Comici, a Cicerone L. II. de Oratore p. 132. edit. Aldinæ allegata:

St, tacete, quid hoc clamoris est? quibus nec pater, nec mater sit,

Tanta confidentia estis, auferte istam enim superbiam.

Sic homines ignotis parentibus natos, & novos & à se ortos appellare solebant Romani. Ipse Cicero de se Orat. pro Cn. Plancio: *idem virtutis cursus ad gloriam: hoc facilius fortasse, quod ego huc A ME ORTUS, & per me nixus, ascendendi: istius egregia virtus adjuvabitur commendatione majorum.* - Ælianus V. H. L. XII. C. XLIII. Ὑπερβόλα δὲ καὶ Κλεοφώντου, καὶ Δημάδου, καὶ τοῦ προσαίων γενομένων τῶν δῆμος τῶν Ἀθηναίων, ἔδειξεν ἂν ἔτσι ῥαδίως τὴν πατέρα. *Hyperboli vero, Cleophontis & Demada, tametsi principes in Atheniensium Rep. extiterint, tamen eorum parentes difficulter quis retulerit. Istiusmodi homines proverbiali locutione commode dixeris terre filios; sic enim olim obscuro ignotoque genere prognatos fuisse vocitatos, parœmiographi plenius edocent. Juvenalis eos fraterculos*

gigantis appellat, de quo videndus est Angelus Politianus in Miscellaneis Cap. XVIII. pag. m. 26. sqq. Noti quoque sunt αὐτόχθονες, qui nullis parentibus, sed ex solo natos se jactabant. Immo non homines tantum, sed & res, quarum obscura & incognita erat origo, ἔρανοπετεῖς & διοπετεῖς nominabantur. Vide Suidam in Διοπετεῖς. Sensu non facile alias obvio Calasiris apud Heliodorum Æthiop. L. II. C. 23. Theagenem & Charicleam liberos suos ἀμήτορας nuncupat, quorum revera pater non erat, sed amore saltim: παῖδες ἀμήτορες ἔμοι γεγονότες. τύχη γὰρ μὲς θεοὶ ἴετες ἀνέδειξαν, καὶ ἀπέτεχον αἰ ψυχῆς ὠδίνες, καὶ φύσις ἢ διαθεσις ἐπ' αὐτὴν ἐνομίθη, καὶ παλέεσθαι ἀπὸ ταύτης ἐκείνοι καὶ ἐνόμισαν, καὶ ὠνόμασαν. Liberi, qui mihi absque matre nati sunt. Casu enim meos filios Dii eos designarunt, & ediderunt animi dolores, & constitutio animi erga illos a me pro natura habita est: ex qua illi me quoque patrem & putarunt esse & nominarunt. Reipsa autem Minerva ἀμήτωρ erat, si fabula vera, utpote ex Jovis cerebro nata, nisi Jovem & matrem & patrem ejus extitisse velis. Ἀμήτωρ eam vocat Julianus Orat. VII. f. 230. Ὁ πατὴρ δὲ ὁ Ζεὺς ἐκέλευσε καὶ τὴν Ἀθηναίαν τὴν ἀμήτωρ, τὴν πάρθενον, ἀματῶν ἡλίφ τὸ παιδάριον ἐκτρέφειν. Imo quod mireris, Bacchus διμάτωρ, bimater fuit, quo nomine eum præter alios insigniit Orpheus in hymno Λυσίς Ἀθηναίς. Galeno Lib. ad Pisonem de Theriaca viperarum pulli ἀμήτορας nasci dicuntur.

cuntur. Fabulantur enim quidam veteres, viperam, cum mari copulatur, caput ejus suo ori inferere, ac abrodere in Veneris conflictu præ nimia dulcedine: fracta deinde matris alvo egredi catulos, moræ impatientes.

ὄϊδε πατρὸς λώβην μετεκίαθον αὐτίκα πύθου
πεννόμενοι ἐχίηες ἐπὶ διαμήρῳ ἀρακίην
γαστὴρ ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.

mox damna parentis

*Extincti fera progenies ulciscitur, alvo
Materna abrosa, & catuli sine matre oriuntur.*

Apud Lactantium, Institut. divin. L. I. C. VII. extat carmen Apollinis, respondentis quærenti cuidam, quid esset Deus? ubi inter alia ita inquit:

Ἄυτοφυῆς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀσυφέλικτος.

Ex sese constans, sine matre, a nemine doctus, Immotus &c. Quantus vero inter gentiles est numerus eorum, qui ἀπάτορες extiterunt, sive incerto parente geniti, & ex illicito concubitu procreati, qualem etiam Melchisedecum fuisse falso finxerunt Judæi quidam, si Epiphanio & Chrysostomo fides habenda (cf. Suiceri Thesaur. Ecclesiast. P. II. f. 340.) Sæpenumero illi ethnici spurii se, dum verum patrem ignorabant, Deorum quorundam filios mentiti sunt. Forsitan & compluries

contigit, ut Sacerdotes aliique nebulones Jo-
vis, Mercurii & cæterorum Deastrorum per-
sonas induerint, ac his larvis comiti formosis
mulierculis imposuerint. Liceat hic κατ'
ἐπιτομήν tradere, quæ Æschines, magnus ora-
tor, hanc in rem refert in Epist. X. haud ille-
pida. Nempe cum Ilii versaretur, inciderat
dies, qua plerique periclitantur conjugia fi-
liarum, quas lex & ætas nubere finit. Moris
autem fuerat in Trojana terra, nupturas vir-
gines ad Scamandrum ire, ex eoque lotas ver-
ba hæc tanquam sacrum quiddam recitare :
λαίβε μὲ σκάμανδρε παρθενίαν, cape meam Sca-
mander virginitatem. Inter alias itaque vir-
go quædam nomine Callirrhoe, procera &
illustri patre nata, ad fluvium venit lavandi
gratia. Cimon autem, Æschinis socius, oc-
culuit se in frutice Scamandri, atque arundi-
nibus coronavit. Cum igitur lavaretur vir-
go, & de more verba illa pronunciaret, pro-
filiense fruticibus Scamander Cimon : liben-
ter, inquit, accipio & sumo Callirrhoen Sca-
mander, & multa in te conferam beneficia.
His dictis abripuit puellam, & se occultavit.
Narrat ibi etiam Æschines ex ore Cimonis
bina adhuc istiusmodi exempla. Ταῦτα δ' ἐν
παροδῶ εἰρήθω.

§. 7. Ἐπιμέτρως instar hæc paucula sunt.
Matth. VI: 28. 29. Christus ad discipulos ait :
καταμάθετε τὰ κρίνα τῆς ἀγροῦ, ἃ δὲ Σολομὼν ἐν
παι-

πείσῃ τῇ δόξῃ αὐτῆ περιεβάλετο ὡς ἐν τέτων. *Aliter*
Julianus Apostata, qui pauperimum τῆ κείνῃ
γυμνότερον dixit. Orat. VI. adversus Cynicos
f. 181. Memini, me certos quosdam homines vide-
re, qui se in morbis ipsis delicatius curarent, quam
in sanitate: quamvis tum alioqui splendidissime vi-
verent. Quamobrem dixi aliquando sodalibus qui-
budam meis, satius illis videri servis esse quam
dominis, ἢ πένεσθαι τῆ κείνῃ γυμνοτέροις εἶναι,
ἢ πλαστῆν, ὡσπερὺν. Dionysius Petavius in no-
tis ad h. l. f. 92. Proverbium est, inquit, hacte-
nus, quod equidem noverim, a Paræmiographis
omissum. Eodem pertinet, quod κείνον de
πτωχῶ dici refert Hesychius & Suidas. Quan-
quam aliter in Evangelio veritas ipsa: quæ
lilia sic vestita esse dicit, ut ne Salomon
quidem ita coopertus fuerit. Hæc
jam sufficient.

YVONIS GAUKES,
M. D.

Dissertatio Physico-Geo-
metrico-Theologica de DI-
LUVIO.

ARGUMENTUM.

I. Principia, 2. Tres sunt regiones telluris, 3. cujus
figura Physice rotunda capacitasque demonstratur;
ut & 4. capacitas oceani universi, & 5. planitie tellu-
ris ac altitudine montis altissimi comprehensa. 6
Quatuor minimum oceani universi requiruntur ad
universam tellurem supra montes altissimos aquis
suis inundandam, 7 quæ provenerunt ex imbre
mediantibus vaporibus aquosis, nebulis, & nubi-
bus. 8 Aquis nubium vel cataractarum cœli aper-
tarum arca è terra elevata est, 9 quantitate quadam
ab imbre allatis. 10 Imber non factus est per ignem
telluris centalem, nec per radios solares, sed per
miraculum, 11 quo nubes non factæ sunt ex aliis
partibus telluris, nec è nihilo. 12 Imbris aquis ac-
cesserunt aquæ ex abyssu magna, 13 quæ est oceanus
inferior, 14 cui sunt fontes, 15 per quos ex illa a-
quæ vi affluerunt in maria, 16 non per ignem cen-
tralem, 17 nec per terrarum pressionem in super-
ficiem aquarum abyssi factam, 18 sed per miracu-
lum. 19. Aquæ sursum elevatæ sunt, non per la-
psum terræ superioris in inferiorem, 20 unde Cel.
Bur.

Burnettius erravit. 21 Quatuor fuerunt aquarum accretionis gradus, 22 quæ universam tellurem 15 cubitis supra montes altissimos operuerunt per miraculum, 23 aere loca in abyſſo ab aquis derelicta occupante. 24 Omnis caro expiravit, 25 & vento aereque premente aquæ quieverunt, quæ postquam 26 obstructi sunt fontes abyſſi, 27 ac cataractæ cœli, 28 recesserunt in abyſſum aerem dispellentes, 29 initio celerissimo, sed deinde 30 lento refluxu.

(1) *Principia.*

Postulata.

1. **D**Eus est ens simplex.

2. Quælibet res operatur convenienter suæ naturæ.

3. Quod per se manifestum est, demonstratione non eget.

4. Quicquid in Divina scriptura extat, id verissimum est.

Assumptiones.

1. Tellus olim fuit sidus lucidum instar solis, sed eo multo minus, è materia primi elementi vel igne æthereo I. (vide *fig. apud Cartesium, art. 3. p. 4. Pr. Ph.*) constans; & circa se habens magnum vorticem, in cujus centro consisteret. Præterea e particulis ignis ætherei crassioribus & irregularibus mutua adhesionem in materiam tertii elementi vel crassissimam conversis primo maculæ circa illud sidus, uti circa solem etiam nunc, generatæ sunt & dissolutæ. Deinde particulæ ex hac

Ecc 4

ma-

macularum dissolutione remanentes compo-
 fuerunt ætherem huic fideri circumdatum.
 Tum ex hoc æthere admodum aucto macu-
 læ densiores circa hoc sidus ortæ sunt, qua-
 rum multæ sibi mutuo incumbentes, & cor-
 pus M constituentes (vide *fig. apud Cart. art.*
32. p. 4. Pr. Ph.) illud contexerint totum,
 atque obtenebrarint. Tandem id jam obtenebratum cum toto æthere, qui *Chaos A* (vi-
 de *fig: ibidem*) est, circumdato delapsum est in
 vorticem majorem, in cujus centro nunc sol
 existit. Hoc autem delapsum sidus terra vel
tellus appellatur. Omnia hæc à *Cartesio Pr.*
Ph. p. 3. ab art. 87. ad art. 120. demonstrata
 sunt.

2. E *chao* formata sunt tria vulgaria ele-
 menta, primo *aer B*, & *terra C*; deinde in-
 ter hæc duo *aqua D*, (vid. *suprad. fig. art. 32.*)
 Particulæ aquæ *D* non nisi longæ erant, in a-
 quosas & salinas mutatæ: ergo hæc est origo
oceanii. Tum hæc tria singula elementa fa-
 cta sunt duplicia, unde primo *terra* est *inferi-*
or O, & *superior E* (vid. *fig. art. 40.*) & dein-
 de *aqua* vel *oceanus inferior D. D.* & *superior 2.*
D. 3. 8. & 7. 6. X. (vid. *fig. art. 42.*) Hic u-
 terque oceanus (quæ *maria universalis* sunt)
 Lapsus terræ superioris *E* in inferiorem *O*,
 ob fissuras calore solis in illa contractas, fa-
 ctus est.

Eadem opera facta sunt *maria particularia*,
 & *montes*: nec non *planities*. Hæc autem om-
 nia

omnia Demonstravit Cartesius ab art. 32. ad art. 45. p. 4. Pr. Ph.

3. Quicquid vera sensuum experientia constat, id verum est. Hoc est i. Lemma Diss. n. de mirac.

4. Quicquid rationi consentaneum est, est pro vero habendum; & contra. Hoc est i. Coroll. ejusdem Lemm.

5. Proportio peripheriæ ad diametrum est, ut 22 ad 7.

6. Superficies oceani superioris præter propter æqualis est superficiæ terræ superioris.

7. Altitudo montis altissimi est unum milliare Germanicum.

8. Per particularem naturæ legem levia sursum feruntur. Hanc legem demonstratam videsis Diss. n. de Mirac. 11. Theor.

9. Per particularem naturæ legem gravia deorsum cadunt. Hæc lex demonstrata est Diss. n. de Mirac. 12. Theor.

10. Non datur vacuum.

11. Non datur penetratio dimensionum.

12. Omnis motus naturalis fit per propulsi-
onem.

13. In omni motu integer circulus corporum movetur.

14. Aer pressionem habet versus telluris centrum.

15. Sol ex igne æthereo constans circa axem suum movetur.

(2)

1. Theorema.

Prima regio telluris est ignis centralis.

Explic. Cartesius Pr. Ph. p. 4. art. 3. terram vel tellurem in tres regiones distinxit, quarum Prima erat intima, materiam primi elementi vel ignem æthereum continens I. Secunda Primam circumambiens erat corpus opacum & densum M, ibidem art. 4. Et tertia apud eum erat chaos A, ibidem art. 5.

Demonstratio.

Quia tellus olim fuit sidus lucidum instar solis ex igne æthereo constans, quod multis maculis densioribus sibi mutuo incumbentibus circumdaretur (1 *Assumpt.*) ideo manifestum est in telluris centro esse ignem æthereum, & primam ejus regionem esse ignem centalem. Q. E. D.

1. Scholion.

Hæc demonstratio etiam confirmatur ingenti calore in locis montosis montibusque, quem in metallifodinis fossores sentiunt sic, ut vel acerbissimis frigoribus in eas nudo corpore subintrare cogantur. Item montibus ardentibus, ut *Ætna, Vesuvio, &c.* Nec non levitate telluris, unde propinqua soli existit. Nam planetæ quo solidiores, adeoque graviore sunt, eo longius à sole distant (*art. 147. p. 3. Pr. Ph. Cart.*) & cometa ob soliditatem suam adhuc majorem in vortice nostro non manet, sed ex eo in alios transit. (*art. 119. p. 3. Pr. Ph.*)

2. Scho-

2. Scholion.

Quoniam autem Aristotelici originem telluris è sidere lucido ignorant, vel saltem non admittunt; eamque in mundi medio universi, atque adeo gravissimam supponunt, non demonstrant: ideo illi tellurem in suo ipsius centro densissimam esse opinantur quæ opinio omni ratione destituta est.

3. Scholion.

Imo invenias, qui abyssum aquarum usque ad telluris centrum esse protensam putant, propterea quod alioquin tantam aquarum copiam invenire nequeunt, quibus tota terra supra montes altissimos operta fuerit:

2. Theorema.

Secunda regio telluris est corpus opacum & densum.

1. *Explic.* Corpus opacum appellatur, quod ob poros suos curvos reflectit radios luminare, vel globulos cœlestes secundum lineam rectam pressos.

2. *Explic.* Corpus densum dicitur, quod angustos poros habet.

Demonstratio.

Cum secunda telluris regio vel hoc corpus M è multis maculis sibi mutuo incumbentibus sit conflatum (1. *Assumpt.*) ideo palam est, hoc corpus poros habere curvos, radios luminare reflectere, adeoque opacum esse.

Q. E. D.

Por-

Porro, quia maculæ, è quibus hoc corpus conflatum est, densiores sunt (1. *Assumpt.*) adeoque poros angustos habet; idcirco patet, hoc corpus etiam densum esse. Q. E. D.

Corollarium.

Ex hoc & præced: theor. fluit, abyssum aquarum non ad telluris centrum esse protensam.

Scholion.

Hoc corpus M est ejusdem naturæ cum maculis solis, præterquam quod hæ maculæ multo sunt tenuiores atque rariores. Et quia hæ maculæ nihilominus transitum luminis vel radiorum luminarium impediunt, ideo id multo magis hoc corpus facit. Unde liquet, hoc corpus poros habere multo angustiores quam maculæ solis habent.

3. *Theorema.*

Ad secundam regionem telluris nemo vivus accedere potest.

Demonstratio.

Quum terra superior E, & inferior O, nimis crassæ sint, si ad hominum vires comparentur; & priusquam ad hanc regionem perveniunt fossores, in locis montosis ab intolerabili calore impediuntur, & in aliis locis obruantur aquis subterraneis, uti hæc omnia vera sensuum experientia constant (3. *Assumpt.*) ideo in propatulo est, neminem vivum ad hanc regionem accedere posse Q. E. D.

1. Scholion.

Tertiam telluris regionem, quæ Cartesio dicitur chaos, ego intelligo eam, quæ composita est è terra superiore & inferiore cum aqua superiore & inferiore è chao formatis (2. Assumpt.) unde commode vocari potest regio telluris terraquea.

2. Scholion.

Ut in terræ superioris superficie vivunt homines ac animalia, plantæque nascuntur; ita in aqua superiore reperiuntur pisces, non in inferiore, utpote ad quam aer, sine quo vivere non possunt, accedere nequit.

(3) 4. Theorema.

Tellus est physice rotunda

Demonstratio.

Vera visus experientia (3. Assumpt.) constat, lunam in lanaribus eclipsibus hoc diutius in umbra à tellure projecta commorari, quo eam magis perigea transit; & contra lunam eo brevius in ea commorari, quo magis apogea. Hinc patet, istam umbram eo acutiorrem esse, quo distantia lunæ à tellure longior est. Et quoniam vera quoque visus experientia docet, globum opacum à globo lucido majori collustratum umbram conicam projicere; ac tellus opaca est, solque globus lucidus tellure multo major: ideo manifestum est, tellurem esse rotundam nempe *physice* vel non perfecte. Q. E. D.

1. Scholion.

Hæc figura telluris rotunda etiam confirmatur variis phænomenis & rationibus, ut, quod stellæ orientiores prius, occidentiores serius oriuntur & occidunt; quod calculo inveniri possunt certa tempora, quibus eclipses apparent; quod tellus circumnavigari potest, velut à nonnullis factum est; quod quindecim horis versus septentrionem profecti polum septentrionalem uno gradu altiorum comperiunt, &c.

2. Scholion.

Tellurem verò non *mathematice* vel perfecte rotundam, sed circa polos paulisper depressam esse, pendulum horologii docet. Nam compertum est, pendulum juxta æquatorem 2 lineis, vel $\frac{1}{2}$ digiti (nempe, quia hic radius à superficie telluris ad centrum longior est, quam *Parisis*) brevius quam *Parisis*, ut isochronum sit, vel ut minuta secunda utrobique similia indicet, requiri. Imo quod certius experimentum est, *Cassinus* meridianum per Galliam ad montes Pyrenæos versus austrum mensurando comperit spatia inter circulos parallelos versus æquatorem paulatim longiora. Quin *Newtonus* pendulorum ope invenit diametrum æquatoris axin telluris $31\frac{7}{12}$ miliaribus Gallicis excedere.

1. Problema.

Mensuras à nobis in hac Dissertatione usurpatas explicare.

Re-

Resolutio.

Milliare Germanicum continet 4 Italica; unum milliare Italicum 1000 passus, Anglicum 1091, & Gallicum 2400; unus passus 5 pedes; unus pes 10 digitos; unus digitus 10 lineas. At pes Rhinlandicus constat è 12 digitis; & unus digitus e 12 lineis. Præterea *subitus*, cujus in Divina scriptura fit mentio habetur vel *communis*, vel *sacer*, (nam *geometricus* non fuit) quorum *ille* mensura sit ædificiorum publicorum 1 $\frac{1}{2}$ pedem vel 6 palmas habens; & *sacer* ædificiorum sacrorum 5 palmas complectens. Sed quælibet palma 4 digitis transversis æquatur. Q. E. E.

2. *Problema.*

Invenire telluris peripheriam.

Resolutio.

1. Ab austro ad septentrionem sub meridiano 15 milliaria Germanica progrediatur aliquis. Quo factò, polum septentrionalem uno gradu altiorem reperiet; & contra. Hinc constat, unum gradum in cœlo respondere 15 miliaribus Germanicis in tellure.

Scholion.

Juxta 2 *Scholion* 4 *Theorematis*, milliaria supradicta, quo quis propius accedit ad polum borealem, eo paulatim breviora esse oportet. Sed hæc differentia, quia respectu magnitudinis universæ telluris parvi momenti

ti est, vulgo non in considerationem venit.
 2. Ista 15 milliaria, Germanica in 360 gra-
 dus, è quibus circulus maximus constat, du-
 cat; factum exhibebit 5400 milliaria Germa-
 nica.

$$\begin{array}{r} 360 \\ 15 \\ \hline 1800 \\ 36 \\ \hline \end{array}$$

5400. Milliaria Germanica,
 quæ peripheria telluris est. Q. E. D.

3. Problema.

Invenire telluris diametrum.

Resolutio.

Quia ut peripheria, ad diametrum est ut 22
 ad 7 (s. Assumpt.) ideo per regulam auream
 procedendum, ut 22 ad 7, ita peripheria tel-
 luris 5400 milliaria Germanica (2 Probl.) ad
 diametrum telluris 1719 milliaria Germanica
 quam proxime.

Schoon.

Pro quibus 1719. miliaribus, quo numerus sit
 rotundior, adeoque calculus pro superficie &
 soliditate telluris inveniendâ reliquus facilior,
 vulgo 1720 milliaria sumuntur.

22: 7:	5400	2548
	7	37800 (1719.
	37800	xxxxx vel
		xxx

1720 milliaria Germanica, quæ diameter telluris est. Q. E. J.

5. Problema.

Invenire telluris superficiem.

Resolutio.

Ducatur peripheria telluris, 5400 milliaria Germanica (2 Probl.) in diametrum telluris, 1720 milliaria Germanica (3 Probl.) prodibit superficies telluris, 9288000 milliaria Germanica quadrata.

1720

5400

688000

860

9288000 milliaria Germanica quadrata, quæ superficies telluris est. Q. E. J.

5. Problema.

Invenire telluris soliditatem vel capacitatem.

Resolutio.

Tertia pars telluris superficiei (4 Probl.) vel 3096000 milliaria Germanica quadrata, ducatur in dimidiam diametrum telluris (3 Probl.) vel 860 milliaria Germanica: factum dabit 2662560000 milliaria Germanica cubica pro soliditate vel capacitate telluris.

3096000

860

185760000

24768

2662560000 Milliaria Germa-

Class. IV. Fasc. V.

Fff

nica

nica cubica, quæ capacitatem telluris constituunt. Q. E. J.

(4)

6. Problema.

Invenire capacitatem oceani universi.

1. Scholion.

Ex descriptione Globi intellectualis Cap. 8. Verulamii non instrenui rerum naturalium indagatoris liceat mihi supponere terræ superioris E (vide 2 Assumpt.) crassitiem ad minimum esse duorum milliarium Anglicorum. Et quia nulla ratio est, cur terra superior crassior aut tenuior sit, quam inferior O, ideo utramque præter propter ejusdem esse crassitiei putamus. Sed quare non aqua vel universus oceanus, id est, oceanus superior & inferior eandem crassitiem vel profunditatem, nempe duorum milliarium Anglicorum haberet? Et quid obstat, quo minus liceat & secundæ regioni vel corpori M crassitiem eandem vel duorum milliarium Anglicorum tribuere? Porro quoniam milliaria Anglica Italica majora sunt (1. Probl.) patet è suprapositis, terram superiorem & oceanum simul sumpta poni licere 4. milliaria Italica vel unum Germanicum crassa.

2. Scholion.

Cl. Burnettius supposuit oceanum superiorem ubique $\frac{1}{2}$ partem milliariis Italici, vel 250 passus profundum, Et quidni etiam $\frac{1}{2}$ partem mil-

milliaris Italici profunditatem oceani ponere licet? Quando quidem inveni, qui oceano ubique profunditatem integri milliaris Italici adscripserit.

Resolutio.

1. Subtrahe utrinque unum, adeoque in totum 2 milliaria Germanica vel crassitiem terræ superioris & oceani (1. Schol. in fine) à diametro telluris, 1720 miliaribus Germanicis (3. Probl.)

2. Beneficio hujus diametri, quæ habet 1718 milliaria Germanica, quære peripheriam hoc pacto, ut 7 ad 22, ita 1718. ad peripheriam, 5399 milliaria Germanica.

3. Hanc peripheriam in illam diametrum multiplicando inveni superficiem, 9275482 milliaria Germanica quadrata.

4. Tertiam partem hujus superficiem, 3091827 milliaria Germanica quadrata, in dimidiam diametrum 859 milliaria Germanica multiplicando, capacitas, videlicet 2655879393 milliaria Germanica cubica, invenitur.

5. Hanc capacitatem subtrahe à soliditate telluris, id est, 2662560000 miliaribus Germanicis cubicis, & habebis capacitatem terræ superioris & oceani, id est, 6680907 milliaria Germanica cubica.

6. Hujus capacitatis dimidia pars est oceani capacitas.

1. 1720
2
 1718 Diameter.

2. 7: 22:: 1718 ²⁶⁶³ 37796 (5399 periph-
22 1111 pheria.
 3436
3436
 37796

3. 5399
1718
 43192
 5399
 37793
5399
 9275482 superficies.

4. 3091827
859
 27826443
 15459135
24734616
 2655879393 capacitas.

5. 2662560000
2655879393
 6680607 milliaria.

Germanica cubica.

6. ^I
~~6688607~~
~~2222222~~ (3340303 milliaria Ger-
 manica cubica oceani capacitatem universi ad-
 æquantia. Q. E. J.

1. Corollarium.

Hinc sequitur, capacitatem terræ superio-
 ris etiam comprehendere 3340303 milliaria
 Germanica cubica.

Scholion.

Hoc quodammodo confirmatur eo, quod super-
 ficies oceani superioris præter propter æqua-
 lis est superficiei terræ superioris (6. Assumpt.)

2. Corollarium.

Hinc rursus fluit, oceanum inferiorem &
 superiorem esse præter propter ejusdem capa-
 citatis, nempe, 1670151 milliarium Germani-
 corum cubicorum, quæ est dimidia capacitas
 universi oceani.

(5) 7. Problema.

Invenire capacitatem planitie telluris universe,
 & altitudine montis altissimi comprehensam.

Resolutio.

1. Addantur duo milliaria Germanica
 (quia mons altissimus unum milliare Germa-
 nicum altus habetur (7. Assumpt.) diametro tel-
 luris 1720 milliariibus Germanicis.

2. Beneficio hujus diametri vel 1722 mil-
 li-

liarium Germanicorum inveniatur peripheria per regulam auream hoc modo, ut 7 ad 22, ita 1722 ad peripheriam 5412 milliaria Germanica.

3. Hanc peripheriam in illam diametrum ducendo inveniatur superficies, 9319464 milliaria Germanica quadrata.

4. Tertiam partem hujus superficiei vel 3106488 milliaria Germanica quadrata in dimidiam diametrum vel 861 milliaria Germanica ducendo inveniatur Capacitas vel 2674686168 milliaria Germanica cubica.

5. Ab hac capacitate subtrahe capacitatem vel soliditatem telluris, id est, 2662560000 milliaria Germanica cubica; & restabit capacitas quaesita.

$$\begin{array}{r}
 1. \quad 1720 \\
 \quad \quad 2 \\
 \hline
 \quad \quad 1722 \text{ Diameter.}
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 2. \quad 7:22::1722 \\
 \quad \quad 22 \\
 \hline
 \quad \quad 3444 \\
 \quad \quad 3444 \\
 \hline
 \quad \quad 37884
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 \times \times \\
 37884(5412 \\
 \text{peripheria.}
 \end{array}$$

3.
$$\begin{array}{r} 5412 \\ 1722 \\ \hline 10824 \\ 10824 \\ 37884 \\ 5412 \\ \hline 9319464 \text{ Superficies.} \end{array}$$

4.
$$\begin{array}{r} 3106488 \\ 861 \\ \hline 3106488 \\ 18638928 \\ 24851904 \\ \hline 2674686168 \text{ Capacitas.} \end{array}$$

5.
$$\begin{array}{r} 2674686168 \\ 2662560000 \\ \hline 12126168 \text{ milliaria} \end{array}$$

Germanica cubica, quæ capacitatem inter planitiem universæ telluris, & altitudinem montis altissimi conficiunt. Q. E. J.

(6) 8. Problema.

Invenire quot oceani universi requirantur ad implendam capacitatem planitie telluris universæ, & altitudine montis altissimi comprehensam.

Resolutio.

Divide capacitatem planitie telluris universæ, & altitudine montis altissimi comprehensam, id est, 12126168. milliaria Germanica cu-

Fff 4 bica

bica (7 Probl. §. 5.,) per capacitatem universi
oceanis, id est, 3340303. miliaria Germanica
(6 Probl. §. 6. :) & quotus dabit 4 oceanos uni-
versos proxime.

12126168 (4 oceanis universis pro-
xime. Q. E. J.

xime. Q. E. J.

1. Corollarium.

Hinc sequitur, octo oceanos universos fu-
isse necessarios, si oceanus haberet profun-
ditatem unius miliaris Italici, *Sedecim*, si qui-
dem profunditas oceanis sit $\frac{1}{2}$ pars miliaris Ita-
lici. Atque triginta duos, si juxta *Cl. Bur-*
nettii mentem profunditas sit $\frac{1}{4}$ miliaris Italici
(Conf. 2. Schol. 6. (Probl.))

2. Corollarium.

Hinc etiam promanat præterea adhuc plu-
ribus oceanis opus fuisse, si capacitas inter pla-
nitiam universæ telluris, & 15 cubitos su-
pra altitudinem montis altissimi esset re-
plenda.

(7)

5. Theorema.

Diluvium incepit ab imbre.

Demonstratio.

Diluvium incepisse ab imbre, patet (4 po-
stul.) ex Gen. 7:4. Die, pluam super terram.

Scholion.

Ego אֶמְטֵר pluens ero vel pluam. Hanc au-
tem pluviã fuisse densã, id est, *imbrem*,
vernacule, *een plasregen*, manifestum est ex
eo, quod vox אֶמְטֵר quæ *imbrem* significat,
Gen.

Gen. 7: 12. & 8: 2. reperitur. Is etiam magis scopo Dei irati conveniebat, quam simplex pluvia.

6. *Theorema.*

Imber provenit è nubibus.

Demonstratio.

Quoniam vera sensuum experientia constat (3 *assumpt.*), imbrem è nubibus provenire (nam imbrem nunquam de coelo, quam cum nubibus crassis obductum est, decidere experimur;) ideo verum est, imbrem è nubibus provenire. Q. E. D.

Scholion.

Ut autem modum cognoscamus, quo imber in diluvio è nubibus provenerit, demonstrare oportebit, (1) vapores aquosos calore ex aqua fieri, (2) eos elevari in aerem; (3) elevatos nebulam constituere; (4) nebulam in altum sublatam constituere nubem; (5) nubem vel humilius, vel altius in aere hæerere; & (6) nubem ubicunque hærentem producere imbrem.

7. *Theorema.*

Vapores aquosi calore ex aqua fiunt.

Demonstratio.

Vapores aquosos calore ex aqua fieri, vera sensuum experientia constat (3 *assumpt.*;) nam quotidie experimur, cum olla aquam habens super ignem imposita est, ignis calore vapores elevari. Etiam ex aqua destillationi commissa ignis subjecti calore vapores

in alembicum vitreum ascendere videmus.
Q. E. D.

8. Theorema.

Vapores aquosi colore elevantur in aerem.

Demonstratio.

1. *Hypoth.* *Aliæ particule aquæ aliis sunt subtiliores & leviores.* Hoc palam est ex eo, quod dum aqua igni admota est, aliæ particule celerius, aliæ tardius avolant.

2. *Hypoth.* *Particule aquosæ sunt leves & lubricæ anguillarum exiguarum instar:* hoc liquet ideo quia vapores facile ex aqua, etiam marina vel salsa; & è corporibus aqua madentibus elabuntur.

3. *Hypoth.* *Particule (vel potius moleculæ) salinæ particulis aquosis graviores:* hoc in propatulo est, eo quod dum aqua marina destillatur, vapores aquosi tantum in alembicum ascendunt, relictis in fundo cucurbitæ moleculis salinis.

4. *Hypoth.* *Aer calore rarefit:* quia nempe ejus moleculæ utpote è particulis aquosis & ramosis maximam partem constantes, calore motæ sese latius instar tenuium funiculorum celeriter agitatorum extendunt:

Igitur quia particule aquæ subtiliores sunt, (1. *Hypoth.*) & per particularem naturæ legem sursum feruntur (3. *Assumpt.*;) ideo hæc ob suam lævitatem & lubricitatem (2. *Hypoth.*) ex aliis extricata, poris aeris calore rarefacti (4. *Hypoth.*) excipiuntur, adeoque in aerem ele-

elevantur, moleculis salinis, si aqua salia sit, ob suam gravitatem (3. Hypoth. infra relictis. Q. E. D.

Scholion.

Sunt qui putant, particulas aquosas calore adeo expandi, ut diameter earum vel decies major sit, ac proinde moles earum vel milles major, quam antea. Hinc fieret, ut particulae aquosae de gravitate cum aere convenirent (quam proportio gravitatis aquae ad aeris sit ut 1000 ad 10,) ac idcirco in altum ascenderent, quemadmodum globus vitreus concavus in aquam demersus ascendere conspicitur. Sed singulas particulas aquosas ita expandi ipsarum natura prohibet. Guttulam autem ex plurimis compositam in vaporem tantopere expandi posse minime inficias imus.

9. *Theorema.*

Vapores ex universo telluris ambitu elevantur.

Demonstratio.

Quoniam vera sensuum experientia constat, (3. *assumpt.*) oceanum superiorem universam tellurem ambire, licet isthmis interpositis disruptus sit, ut in 4 amplissima maria, Atlanticum, Pacificum, Hyperboreum, & Australe sit divisus; & insuper ubique in 4 mundi partibus, Europa, Asia, Africa, & America, fluvios magnos reperiri ex oceano tum superiore, tum inferiore oriundos: ideo manifestum est vapores, qui ex aqua
fiunt

fiunt (7 *Theor.* ex universo telluris ambitu
elevari. Q. E. D.

10. *Theorema.*

Vapores aquosi elevati nebulam constituunt.

Demonstratio.

Vapores aquosos in aerem elevatos nebulam constituere, vera sensuum experientia constat (3 *Assumpt.*,) quippe quæ docet, illos vapores ex aqua per foramen in crusta glaciali factum, ut & ex aliis aquis in aerem elevatos nebulam creare. Idem hoc experimentum testatur: cum vase vitreo amplo aqua fervente instructo, & sub campana collocato, aliqua pars aeris è campana per antliam Pneumaticam extrahitur, vapores ex ea aqua in aerem reliquum calefactum sursum latos nebulam producere cernimus, rursus evanescentem, cum aer extractus recipitur, & universus frigore condensatur. Q. E. D.

11. *Theorema.*

Nebula in altum sublata constituit nubem.

Demonstratio.

Observatum est, eos, qui ad pedem montium altissimorum in Hungaria & alibi consistebant, nubem in summo istorum montium vidisse versantem: & cum in hoc summum ascendendo pervenissent, offendisse nebulam. Imò contra in summo montium altissimorum consistentes viderunt infra se nubem, quam esse nebulam comperiebant, cum eo descendendo pervenissent. Unde

vera sensuum experientia constat (3 Assumpt.,)
 nebulam in altum sublatam fuisse nubem,
 Q. E. D.

12. Theorema.

Nubes vel humiliter, vel altius in aere, ob æquilibrium cum eo, hæret.

Demonstratio.

Hypoth. Corpus aliquod in fluido ibi hæret, ubi cum eo in æquilibrio constitutum est. Ratio petenda est ab utriusque æquali gravitate, qua unum non magis quam alterum ad centrum gravium vel telluris descendit. Hoc confirmatur experimento capto de aqua & argento vivo vase aliquod contentis; & frusto ferri, quod in hoc fluidum conjicitur: nam ferrum descendet per aquam supernatantem in argentum vivum; & ex hoc rursus ascendet in aquam. Hoc toties fiet, donec tandem in æquilibrio inter aquam & argentum vivum hærebit.

Igitur juxta hanc *hypothesein* nubes vel humiliter, vel altius ibi in aere hæret, ubi cum eo in æquilibrio constituitur. Q. E. D.

13. Theorema.

Nubes ubicunque hærens frigore producit imbrem.

Demonstratio.

Hypoth. Vapores aquosi in guttas aquosas frigore condensantur. Hoc manifestum est è distillatione aquarum simplicium: nam ubi vapores ascenderint in alembicum, ibi frigore
 cir-

circumambiente in guttas aquosas condensantur, in recipiens delabentes.

Igitur quoniam gravia per particularem naturæ legem deorsum cadunt (9 *Assumpt.*;) & vapores aquosi (qui nebulam, ut nebula nubem constituunt 10. 11. *Theor.*;) in aere juxta *hypothesin* frigore in guttas aquosas ipso aere graviore *Schol.* 8. *Theor.* condensantur: ideo ob æquilibrium cum aere sublatum (12 *Theor.*) gravitate sua deorsum cadunt, proindeque nubes ex iis conflata imbrem producit. Q. E. D.

Corollarium.

Hinc sequitur, quod, quo frigus in aere majus est, eo vapores magis in guttas aquosas coeunt, & imber major excitatur, cum eo, ne frigus tantum sit, ut guttæ aquosæ in grandinem concrecant.

Scholion.

At heic animadvertendum est, quoniam imber pluvia densa est, imbrem nasci è nube densa, nubem densam è nebula densa, & nebulam densam è vaporibus aquosis densis.

14. *Theorema*

Nubes producit imbrem etiam copia vaporum aquosorum.

Demonstratio.

Quoniam vapores aquosi calore in aerem elevantur (8 *Theor.*;) vapores elevati nebulam constituunt (10 *Theor.*;) nebula nubem (11 *Theor.*;) vapores aquosi copia sua in guttas aquosas ipso

ipso aere graviores, *Schol. 8 Theor.* coeunt, ut per se manifestum est (3 *Postul.*;) & vera sensuum experientia constat (3 *Assumpt.*) nubem etiam imbrem producere, coelo calido existente: ideo palam est, nubem quoque imbrem producere vaporum aquosorum copia, Q. E. D.

Corollarium.

Hinc sequitur, quo calor in aere major est, eo copiosiores vapores aquosos in guttas aquosas elevatas coire, & imbrem concitari majorem modo ne calor tantus sit, ut ipsos vapores aquosos dispellat, (quemadmodum halitum oris aquosum calore æstatis dispelli, & ob hoc ipsum non conspici novimus) & in guttas aquosas coire non sinat.

(8) 15. *Theorema.*

Cataractæ cœli significant nubes cœli.

Demonstratio.

Hoc patet ex (4 *Postul.*) 2. *Reg.* 7:2. En si Dominus faceret אַרְבוֹת בַּשָּׁמַיִם cataractas in cœlo. *Jes.* 24:18. quoniam אַרְבוֹת מִמְרוֹם cataractæ de excelsis apertæ sunt. *Maleach.* 3:10. Si nunc aperuero vobis אַרְבוֹת הַשָּׁמַיִם cataractas cœli.

Scholion.

Nubes cœli vocantur metaphoricè cataractæ cœli; quia, quemadmodum cataractæ aquas cohibent, & earum progressum impediunt; ita nubes in æquilibrio cum aere hærentes (12. *Theor.*

Theor.) aquas suas continent, & earum lapsum impediunt.

16. *Theorema.*

Cataractæ cœli apertæ sunt, id est, produxerunt imbrem.

Explic. *Cataractas cœli aperiri mihi notare videtur producere imbrem, scilicet, per metonymiam antecedentis pro sequente: nam antequam aperiantur necesse est, quam producant imbrem. Sed quid id aperire significet, per se manifestum est, adeoque non opus habet explicatione (3 Postul.)*

Demonstratio.

Cataractas cœli produxisse imbrem ex (4 Postul.) Gen. 7: 11. Cataractæ cœli apertæ sunt; atque demonstratum est 13. & 14. Theor.)

17. *Theorema.*

Imber duravit 40. dies naturales.

Demonstratio.

Hoc in propatulo est ex (4. Postul.) Gen. 7: 4. Ego pluam super terram 40. dies, & quadraginta noctes. Item vs. 12. & 17. Q. E. D.

18. *Theorema.*

Hoc imbre aquis auctis arca supra tellurem elevata est.

18. *Demonstratio.*

Hoc palam est ex (4 Postul.) Gen. 7: 17. Et aquæ sunt auctæ, sustuleruntque arcam, (quæ) & elevata est supra terram. Q. E. D.

1. *Scholion.*

Heic animadverti convenit, his verbis non indi-

indicari, quantitatem aquarum in tellure existentem, additis ex imbre aquis fuisse auctas, propterea quod ipsæ imbris aquæ prius ex aquis telluris fuerint enatæ 7 *Theor.* & *seq.* sed aquas initio ex imbre delapso natas additis ex imbre continuato aquis incrementum cepisse ita, ut area supra tellurem elevata ne quidem in ejus vel summa ædificia impegerit.

Corollarium.

Hinc sequitur aquarum incrementum sane magnum fuisse, eo quod arca, quæ omnium animalium genere onerata altitudinem 30. cubitorum habuerit *Gen. 6:15.* inferiore sui parte minimum 22 cubitis vel partibus altitudinis in aquam subsederit.

2. *Scholion.*

In hoc imbre determinatio motus guttarum deorsum cadentium, & vaporum aquosorum sursum latorum non fuit contraria, qua guttæ cadentes vaporum ascensum impediunt: quandoquidem eodem momento, quo guttæ descenderunt, vapores per eorum interstitia ascenderunt, similiter ac in arenario, dum arenulæ è vase superiore in inferius descendunt, aer per earum interstitia è vase inferiore in superius ascendit.

19. *Theorema.*

Imber circa universum telluris ambitum fuit.

Demonstratio.

Hoc manifestum est ex (4 *Postul. Gen. 7:19.* Opertique sunt omnes alti montes, qui sunt

וְהָיָה כָּל-הַשָּׁמַיִם sub universo caelo. Gen. 7: 21, 22. 23. Et expiravit כָּל-בֶּשֶׂר omnis caro, quæ reptabat super terram &c. Nimirum, quia vapores aquosi ex universo telluris ambitu elevati sunt. 9 Theor.

Corollarium.

Hinc sequitur imbrem non in habitabilem duntaxat telluris partem irruisse, ut Vir quidam celeberrimus contendit.

(9) 9. Problema.

Invenire quantum aquæ imber in diluvio attulerit 40. diebus naturalibus.

Resolutio.

Mersennus observavit, vas cubicum æneum horæ dimidio ab imbre sesquipollicem aquæ accepisse, & quia spatium 40. dierum naturalium habet 1920. semihoras, ideo isthoc spatium 2880. pollices vel digiti, id est, 288 pedes vel 192. cubiti aquæ ceciderunt, (1 Probl.)

Q. E. J.

Corollarium.

Hinc sequitur, quam facile aquæ ex imbre 40 dierum naturalium spatium augeri potuerint, ut arca supra tellurem elevata periculum non incurreret, ne in summa ædificia impingeret, ac impingendo læderetur.

Solutio.

Magis, quod ad minimum 192 cubiti aquæ ex isthoc imbre in tellurem delapsi sint: nam verisimile est, tantum guttarum aquosarum per imbrem cecidisse, quantum vaporum, aquo-

aquosorum per interstitia guttarum non con-
figuarum ampla ascendisse potuerit.

(10) 20. *Theorema.*

*Imber pro causa efficiente non habuit ignem cen-
tralem telluris.*

Demonstratio.

1. *Hypoth.* Ignis centralis in orbem rapitur. Ni-
mirum quia tellus fuit sidus lucidum instar so-
lis (1 *Assumpt.* ;) & ignis solaris circa axem in
orbem rapitur (5 *Assumpt.* ;) ideo & ignis cen-
tralis telluris etiam in orbem rapiatur neces-
se est.

2. *Hypoth.* Motu circulari vorticis majoris, in
cujus medio sol est, globuli cœlestes à sole recede-
re conantur. Demonstrationem vide apud *Cart.*
art. 60. p. 3. pr. pb.

3. *Hypoth.* Hi globuli feruntur ad centrum tellu-
ris. Hoc patet ex aeris pressione versus cen-
trum telluris (14 *Assumpt.*)

Igitur quia ignis centralis telluris in orbem
rapitur (1 *Hypoth.* ,) ejus particulæ in ipsum
ignem, non in corpus M determinantur, uti
per se manifestum est (3 *Postul.*) Et si quædam
earum à centro sui motus recedere conantur,
tamen per poros corporis densi M, & terræ in-
ferioris O, quibus arcte inclusus est, foras
conare nequeunt, propterea quod à globulis
cœlestibus à sole recedentibus (2 *Hypoth.*) &
ad telluris centrum latis (3 *Hypoth.*) repellun-
tur. Hinc ignis centralis telluris non tantum
calorem oceano superiori & fluviis impertiri

potuit, ut ex iis vapores aquosi (7 *Theor.*) unde nebula, nubes, & imber (10. 11. 13. 14. *Theor.* elevarentur Unde patet, imbrem pro causa efficiente non habuisse ignem centralem telluris. Q. E. D.

Corollarium.

Hinc sequitur ratio, cur hic horrendus ignis centralis, cujus diameter sit 1716. miliarium germanicorum (4 *Probl. coll. cum 1. Schol. 5. Probl.*) non sensibilem calorem terræ superiori, in qua nos degimus, impertiatur; multo minus, cur corpus M, & utramq; terram, superiorem nempe, & inferiorem non comburat, & in vitrum convertat, quemadmodum fieri videmus, cum corpora combustibilia & terrea in foco vitrorum causticorum valentissimi generis habentur.

1. *Scholion.*

Supradictum etiam confirmatur eo quod ignis vase undique clauso inclusus nullam vim urendi exerat, sed extinguatur.

2. *Scholion.*

Hunc ignem telluris centralem die novissimo transiturum in gehennam, in qua reprobi quoad corpus æternum cruciatum sint subituri, mihi persuasum habeo.

3. *Scholion.*

Huic autem igni non adversatur, quod pondus grave funi adnexum, & in mare Hispanicum demissum, ad fundum pertingere nequeat: quandoquidem pondus illud non recta linea ad centrum telluris tendit, sed ab

occa-

oceanò inferiori in itinere versus latera abripitur. Nam oceanum inferiorem vel subterraneum, adeoque & oceanum superiorem juxta fundum habere motum progressivum, abunde patet ex mari mediterraneo, quod aquas à fluviis Europæ & Asiæ maximis, imò ipso mari Hispanico per fretum Herculeum receptas, quasi devorat, sic ut nunquam supra littora exundare deprehendatur. Idem dictum puta de mari Caspio, cum ex plurimis aliis, tum maxime ex Volga jugiter magnam aquarum copiam accipiente.

21. *Theorema.*

Imber pro causa efficiente radios solares non habuit.

Demonstratio.

Quoniam e nubibus imber nascitur (13. 14. *Theor.*;) & in imbre cœlum crassis nubibus obductum est, teste vera visus experientia, (3. *Assumpt.*;) ideo in hoc imbre cœlum nubibus crassis obductum fuit, quæ transitum radiorum solarium impederunt, qui proinde causa efficiens vaporum aquosorum (7 *Theor.*) nebulæ (10 *Theor.*) & nubium (11 *Theor.*;) adeoque ipsius imbris esse non potuerunt.

Q. E. D.

Scholion.

Heic animadverti convenit, vapores aquosos non solum calore à radiis solaribus multum ignis ætherei habentibus in aquis excitato in altum elevari, sicuti 8. *Theor.* demonstratum est; verum etiam ab ipsis radiis solaribus

ribus in altum pelli. Hoc enim liquet eo, quod amianthus, qui levissimus est, carboni impositus, & foco vitri caustici admotus movetur & propellitur. Idem intelligendum est de una extremitate lateris chalybeji subtilissimi, cujus altera extremitas ligno cuidam infixata sit. Sic etiam fere pluviam sequi radios solares insolito modo urentes comperimus.

22. *Theorema.*

Imber per miraculum à Deo factus est.

Demonstratio.

Quoniam causa efficiens imbris non fuit ignis centralis (20. *Theor.*) nec radii solares (21. *Theor.*) nec alia causa huicce imbri circa universam tellurem excitando apta nata nobis occurrit, jure merito colligimus, per miraculum vapores aquosos ex aquis in universo telluris ambitu sitis fuisse elevatos, qui nubes crassas, unde hic imber circa universam tellurem ortus fuerit, produxerint. Q. E. D.

Scholion.

Fuit autem hoc miraculum præter primam naturæ corporeæ legem universalem, in quo sine causa externa, per omnipotentem Dei voluntatem particulæ aquosæ ex aquis motis sursum in vapores elevatæ fuerunt, nubes crassas constituentes. Vide *Diss. n. de mirac.* 6. *Theor. coll. cum 20. Theor.* Quod genus miraculorum pertinet ad tertiam classem, in cu-

jus miraculis motus transit in motum. Vide
30. Theor. I. Argum. Exempla tertiæ classis.

(11) 23. Theorema.

*Nubes non factæ fuerunt per miraculum ex aliis
partibus telluris.*

Demonstratio.

Quia Deus est ens simplex (1 Postul.) & quæ-
libet res operatur convenienter naturæ suæ
(2 Postul.) ideo Deus agit modo simplici. Hinc
fluit, quod nubes, unde hic imber, non factæ
fuerint ex aliis partibus telluris, ex: gr. è cor-
poribus terreis, vel aliis in ipsa tellure, aliis-
ve planetis situm habentibus, & in aerem aut
telluris atmosphæram translatis; nec non, in
nubes transformatis: & deinde eidem loco for-
mæque pristinae restitutis. Tum enim Deus
non simplici, sed vel quadruplici modo egis-
set. Q. E. D.

24. Theorema.

Nubes non è nihilo fuerunt creatæ.

Demonstratio.

Quoniam non datur vacuum (10 Assumpt.)
& vacuum requiritur, quod nubes è nihilo
creatas recipiat, ut per se manifestum est,
(3 Postul.) ideo si Deus nubes è nihilo creasset,
primo corpora, quibus locis nubes fuissent
futuræ, annihilasse oportuit; deinde nubes è
nihilo creasse; tum easdem, diluvio cessan-
te in nihilum rede gisse; & tandem corpora
annihilata restituisse: quæ quadruplex actio

Ggg 4

est,

est, adeoque simplicitati Dei (1 Postul.) ejusque simplici actioni (2 Postul.) repugnat. Unde manifestum est, Deum nubes non è nihilo creasse. Q. E. D.

1. Scholion.

Adhæc quum corpora annihilanda & nubes non eandem materiae & motus quantitatem habeant, quantitas utriusque in mundo quoque mutata fuisset, id quod saniori physicae adversatur; nam ea docet, tum motus, tum materiae quantitatem in mundo semper eandem manere.

2. Scholion.

Siquidem nunquam ad miraculum; & omnipotentiam divinam confugiendum censeo, nisi cum clare percipimus, effectum aliquod præter leges naturæ & humanam fieri; & non è causis naturalibus effici posse, verum omnipotentiam divinam, qua fiat, habere necessariam.

(12)

25. Theorema.

Imbrem excepit aqua ex abyssò magna.

Demonstratio.

Quia primum de solo imbri mentio facta est Gen. 7: 4. Ego pluam super terram (Conf: Schol. 5 Theor.) & deinde de imbri simul ac de aqua ex abyssò magna, v. 11. Rupti sunt omnes fontes abyssi magna, & cataractæ cœli aperte sunt; atque rationi quoque consentaneum est, (4 Assumpt.) imbrem præcessisse, & aquam ex abyssò

abyffo magna fecutam esse: ideo judicandum puto, quod aqua ex abyffo magna exceperit imbrem. Q. E. D.

Scholion.

Illud autem rationi consentaneum esse, patet (1) quia, si prius aquæ è fontibus abyffi erupissent, quam arca aquæ imbri debitæ innatasset, periculum fuisset, ne ab aquis è fontibus abyffi irruentibus subverteretur, quum, mare caspium, mediterraneū, & pontus euxinus haud longe à montibus Ararat abessent. (2) Nisi terræ & fluvii aqua pluviali vel ad 192 cubitos (9 *Probl.*) opertæ fuissent, plantæ in illis, & pisces in his, aquis marinis emortui fuissent: quod non verisimile mihi videtur.

(13) 26. *Theorema,*
Oceanus inferior est abyffus magna.

Demonstratio.

Oceanum inferiorem vel sub terris situm aut subterraneum dari, patet ex 2. *Assumpt.* Et quia *abyffus* significat ingentem telluris profunditatem, è qua maria particularia, fluvii & fontes promanant (4 *Postul.*) *Gen.* 49, 25. Benedictionibus תחת רבצת תהום *abyssi* jacentis *infra*: ideo palam est abyffum esse oceanum inferiorem. Est magna, utpote capiens 1670151 milliaria Germanica cubica (2 *Coroll.* 6 *Probl.* Q. E. D.

Scholion.

Oceanum inferiorem vel abyffum magnam

Ggg 5

da-

dari, confirmatur etiam eo, quod fossiles alte in terris non montosis fodientes aquis obruntur; quod è puteis longissime à maribus alte qua venæ aquarum sunt fossis aqua copiose propullulat; quod fontes profundi longissime quoque à maribus diffiti, qui multum aquæ egerunt, & ad pedem montium reperti magnos fluvios pariunt, suapte sponte è terrarum venis ruptis nascuntur.

(14) 27. *Theorema.*

Fontes abyssi magnæ sunt apertura angustæ, per quas abyssus aquam suam in oceanum superiorem transmittit.

Demonstratio.

Rationi consentaneum est (4. *Assumpt.*) cum terra superior in inferiorem delaberetur (2. *Assumpt.*) multa superioris fragmenta sic fuisset disposita, ut in latus reclinata inferiori incumbere, & angustas aperturas relinquerent, quæ aquam ex abyssu magna in oceanum superiorem transmitterent. Hæ verò angustæ aperturae abyssi magnæ fontes sunt, per quos aquam suam in oceanum superiorem transmittit. Q. E. D.

Scholion.

Quia dubio procal multi hujusmodi fontes abyssi sunt facti, ideo abyssu non aqua sed aquæ tribuuntur, similiter ac etiam imbris non aqua sed aquæ fuerunt, (1. *Schol.* 18. *Theor.*) Imo quoniam oceanus tam superior, quam inferior

rior vel abyſſus aquam ſuam diluvio ſuppe-
ditavit, ideo & aquæ oceani fuerunt. Hinc
patet, cur in Divina ſcriptura *aquarum* in nu-
mero duali mentio habita fuerit, nempe, quo-
niam una aqua fuit imbris, & altera oceani.
Item, quia una aqua fuit oceani ſuperioris, &
altera inferioris.

28. *Theorema.*

*Abyſſus quoque per fontes ſuos alios communi-
onem habet cum maribus particularibus.*

Demonſtratio.

Quia mare mediterraneum & Ca-
ſpium magnam aquarum copiam reci-
piunt ſic, ut nunquam ſupra litora ſua
exundareprehendantur (3 *Schol.* (20 *Theor.*)
ideo manifeſtum eſſe puto, illa aquas ſuas oce-
ano inferiori vel abyſſo tradere, quæ proinde
per alios ſuos fontes cum iſtis maribus parti-
cularibus communionem habet. Q. E. D.

(15) 29. *Theorema.*

*Per fontes abyſſi magnæ aquæ vi affluxerunt in
maria.*

Demonſtratio.

Quia omnes fontes abyſſi magnæ *אֲבִי־בְרִיָּה* fiſſi
vel rupti ſunt Gen. 7: 11. & vera ſenſuum expe-
rientia conſtat (3 *Assumpt.*) anguſtas aggerum a-
perturas vi affluentium aquarum rumpi &
ampliari poſſe; ideo rationi conſentaneum
eſt, (4 *Assumpt.*) anguſtas aperturas vel fontes
abyſſi magnæ vi aquarum ex ea affluentium
fuiſſe ampliatis: Per quos idcirco aquæ in
maria, ſive univerſale vel oceanum ſuperio-
rem,

rem, sive particularia, ut mediterraneum, Caspium, &c. vi affluerunt. Q. E. D.

(16) 30. Theorema.

Aquæ ex abyſſo per fontes in maria affluerunt, non per ignem centrahm modo rarefactionis.

Demonſtratio.

Aquas in abyſſo per ignem centrahm rarefactas fuiſſe & ob hoc ipſum ex ea per fontes in maria affluxiſſe à vero abſonum eſt, propterea quod non tantum calorem ab iſto igne accipiunt, ut rareſiant, veluti ex demonſtratione 20 Theorematis liquet. Q. E. D.

1. Corollarium.

Hinc ſequitur, aquas ex abyſſo per fontes in maria multo minus affluxiſſe modo ebullitionis igni centrali debitæ, quo ebullientes ex abyſſo effluxiſſent.

2. Corollarium.

Ut etiam inde ſequatur, non aerem ſubterraneum ab igne centrali rarefactum aquas ex abyſſo per fontes in maria propuliſſe.

1. Scholion.

Magis hoc dicas, quod non detur aer ſubterraneus: nam aer inferior F lapſu terræ ſuperioris E inferiorem O ſurſum in aerem ſuperiorem latus fuerit neceſſe eſt. Vide utramque fig. art. 42. p. 4. Pr. Ph. Cart.

2. Scholion.

Si ponamus, poros ſecundæ regionis vel corporis M, & terræ inferioris O per miraculum fuiſſe dilatatos, quo aliquid ignis centra-

lis

lis sursum transmitterent; & diluvio cessante rursus per miraculum clausos, Deus duplici actione egisset, quod ejus simplicitati, simplici que actioni repugnat.

(17) 31. Theorema.

Aquæ ex abyssò affluerunt, non per terrarum pressionem in superficiem aquarum abyssi factam.

Demonstratio.

Quia Deus est ens simplex (1 Postul.) & convenienter naturæ suæ, id est, simplici actione agit (2 Postul.) ideo Deus omnipotente sua voluntate non depressit terras in superficiem aquarum abyssi, quo ipsæ ex abyssò per fontes in maria affluerent; nec postea, diluvio desinente, easdem terras priori loco restituit: hoc enim pacto duplici actione egisset. Q. E. D.

1. Scholion.

Eodem modo demonstrari potest, *superficiem oceani superioris per omnipotentem Dei voluntatem non pressionem esse passam*, qua ejus aqua sursum elevaretur, quandoquidem eadem voluntas primo aquam oceani superioris depressisset; & tum eandem elevatam circa altissimos montes sursum determinasset: quæ duplex actio est.

2. Scholion.

Eadem etiam ratione demonstrari potest, *Deum non per aerem pressisse superficiem oceani superioris*, quia tum etiam duplici actione egisset, & aerem vehementius, quam naturaliter
fit

fit (14 *Assumpt.*) deorsum premendo; & aquam oceani superioris elevatam circa montes determinando.

3. *Scholion.*

Ut omittam, quacunq[ue] oceani superioris pressione concessa, id verius fieret, ut ejus aqua deorsum pressa abyssi fontes clauderet, vel certè aquas ex abyssu affluentes repelleret, sicque inundationi obsisteret.

(18)

32. *Theorema.*

Aquæ ex abyssu magna per fontes in maria vi affluerunt per miraculum.

Demonstratio.

Quum aquæ ex abyssu magna per fontes in maria vi affluerint non per ignem centalem (30 *Theor.*) nec per terrarum pressionem (*Theor.*) & nullam aliam causam naturalem huic rei aptam natam inveniamus: illud per omnipotentem Dei voluntatem, adeoque per miraculum factum esse jure merito colligimus. Ergo aquæ ex abyssu magna per fontes in maria vi affluerunt per miraculum. Q. E. D.

Scholion.

Hoc autem miraculum mihi factum videtur præter primam legem universalem (6 *Theor. Diss. n.*) atque ad miracula tertiæ classis spectare, in quibus *motus* transit in *motum*. Vide 1. *Argumentum: exempla tertiæ classis* 30 *Theor. Diss. n.*

33 Theorema.

Aquæ per aquas abyssi magnæ vi affluentes è maribus sursum elevatæ sunt.

Demonstratio.

Quum aquæ sursum elevatæ sint (4 Postul.) Gen. 7. 20; & omnis motus naturalis fiat per propulsionem (12 Assumpt.) non possumus non judicare, aquas ex abyssu magna vi affluentes per fontes in maria (29 Theor.) aquas ex his, id est, ex oceano superiore, & maribus particularibus, ut mediterraneo, Caspio, &c. propulisse, adeoque sursum elevasse. Q. E. D.

(19) 34. Theorema.

Aquæ non ex oceano sursum per lapsum terræ superioris in inferiorem elevatæ sunt.

Demonstratio.

Aquas per lapsum terræ superioris E in inferiorem O ex intermedio oceano D (Vide 2 Assumpt.) sursum fuisse elevatas, nequaquam rationi consentaneum est (4 Assumpt.) Nam is lapsus vel subito, vel paulatim factus fuisset. Non prius, quia (1) lenta aquarum accretio, scilicet 150 dierum in Scriptura Gen. 7: 24. memorata, huic lapsui subitaneo adversatur. (2) Arca undis aquarum instar montium in eam irruentibus subversa fuisset. (3) Aquæ præcise per montium superficiem ascendisse non potuissent: siquidem earum moles non tanta erat, ut undiquaque tellurem supra altissimos mon-

montes operirent (8 *Probl.*) Nec posterius, quoniam (1) præcise tanta aquarum moles ascendisset, quanta esset fragmentorum soliditas; adeoque nequaquam montibus altissimis contegendis circa universam tellurem sufficiens. (2) Aquæ versus latera cursum suscepissent, non sursum per superficiem montium elevatae fuissent. Ergo aquæ non ex oceano sursum per lapsum terræ superioris in inferiorem elevatae sunt. Q. E. D.

1. Scholion.

Hoc autem modo aquas ex oceano non fuisse elevatas, luculenter etiam patet eo, quod tum initio mundi, quo lapsus ille terræ superioris factus fuit, diluvium incidisset, id quod palam sacris literis repugnat.

(20)

Corollarium.

Ex hoc theoremate fuit, sententiam *Cl. Burnettii* de inundatione rationi esse contrariam.

2. Scholion.

Sententia vero hujus Viri præclari universa huc redit,

(1) Tellurem in principio ovalem, & intra corticem terreum æqualem aquarum abyssum inclusam habentem fuisse creatam: quam formam tellus usque ad diluvium servasset.

(2) Lapsu corticis terrei ob fissuras radiis solaribus debitas tempore demum diluvii factis montes & maria fuisse facta: quorum

hæc

hæc per universæ telluris planitiem diffuendo, & per montes vel altissimos ascendendo, inundationem concitassent.

3. Scholion.

Sed ne referam, hujusmodi formam telluris creandi modum non solide demonstratum: ipsa forma rationi contraria est; & generatio montium mariumque tandem in ipso diluvio facta Scripturae.

Ipsa forma repugnat rationi, eo quod pisces quinto die creati Gen. 1. 20. 21. in aquis telluris cortice inclusis, excluso aere, non vivere potuissent: nam apertura circa polos telluris non recte demonstrari potest; & si possit, aqua ibidem ob frigus acerbissimum in corticem glaciale crassam transiisse debuisset.

Et generatio montium & marium tandem diluvii tempore facta, scripturae contraria est: nam ex Prov. 8. 23. 24. 25. patet, aquarum abyssos & montes in principio generationis fuisse facta, nempe tertio die Gen. 1. 9. 10. Præterea unde *as* & *ferrum* ante diluvium Gen. 2. 22. nisi è montibus? quos una cum aquis natos liquet ex Ps. 104. 6.-9.

(21) 35. Theorema.

Accretio aquarum in diluvio duravit 150 diebus.

Demonstratio.

Hoc manifestum est ex sacra scriptura (4. Postul.) nam diluvium cœpit die decimo se-
Class. IV. Fasc. V. H h h ptimo

ptimo mensis secundi Gen. 7. 11. & duravit usque ad diem decimum septimum mensis septimi Gen. 8. 4. atque adeo in totum quinque menses, id est, cum singuli menses contineant, 30 dies, 150 dies. Gen. 7. 24; & 8. 3. Q. E. D.

Scholion.

Vidimus 9 *Probl.* aquam ex imbre 40 dierum naturalium 192 cubitis tellurem operuisse. Et huic aquæ aquam ex abyssu magna accessisse 25 *Theor.* Jam videbimus, quomodo utraque aqua vel aquæ supra montes altissimos elevatæ fuerint, præsertim cum plures quam 4 oceani requirantur ad implendam capacitatem planitie telluris universæ, & 15 cubitis supra altissimos montes comprehensam. 1. 2. *Coroll.* 8. *Probl.*

36. *Theorema.*

Quatuor aquarum accretionis gradus fuerunt.

Demonstratio.

Hæc demonstratio perspicua est ex (4. *Postul.*) Divina scriptura : nam primus gradus habetur Gen. 7. 17. quo arca *רמה* elevata est supra terram. Secundus. v. 18. quo aquæ invalescentes *מאר* vehementer auctæ sunt. Tertius v. 19. quo aquæ *מאר מאר* vehementissime invalescentes montes altissimos operuerunt. Et quartus v. 20. quo aquæ 15 cubitis supra altissimos montes invaluerunt. Q. E. D.

I. Scholion.

Sunt, qui putant, tres duntaxat esse gradus, judicantes quartum pertinere ad secundum, ita ut aquæ secundo gradu 15 cubitis accrevissent. Verum hoc si ita esset, quartus gradus immediate, non mediante tertio secundum exceperisset. Præterea accentus: *filluc*, nota puncti., tam tertium & quartum gradum interjacet, quam secundum & tertium; nec non primum & secundum. Tandem ne de gloria quicquam divina derogemus, opera, Dei haud nimis magnifica statuere licet, modo ne revelationi divinæ, rationi, & veræ experientiæ repugnent. Atqui non repugnat revelationi Divinæ, aquas 15 cubitis supra altissimos montes elevatas fuisse. Nam extat v. 20. Sursum invaluerunt aquæ, וַיִּכְסֹּף cum vel postquam operti fuerunt montes illi. Hoc enim sensu locis plurimis sumitur וַיִּוָּא, ut Gen. 2. 2., וַיִּכְלַ cum vel postquam (autem) perfecisset Deus. Gen. 16. 4., וַיִּתְּרָא cum vel postquam vidisset &c.

2. Scholion.

At illi Viri quartum gradum ad secundum mihi retulisse videntur, adeoque statuisse, montes altissimos solummodo aquis opertos fuisse, & non 15 cubitis supra eos elevatas, ne difficultate premerentur ostendendi, quo pacto aquarum quantitas, quæ in tellure reperientur, tanto spatio implendo sufficeret.

3. Scholion.

Quod attinet ad altissimos montes: Europa, Asia, Africa, & America, plurimos montes diversæ magnitudinis habent, quorum *Pica* in insula *Teneriffa* altissimus nimirum milliare Germanicum altus habetur. Sed montium *Ararat* altitudo unius milliariis Gallici, teste *Mersenno*, reperitur.

(22) Corollarium.

E suprapositis igitur promanat, aquas universam tellurem vel 15 cubitis supra altissimos montes operuisse.

37. Theorema.

Aque universam tellurem 15 cubitis supra altissimos montes operuerunt per miraculum.

Demonstratio.

Cum plures quam 4 oceani requirantur ad implendam capacitatem planitie telluris universæ, & 15 cubitis supra montes altissimos comprehensam (8 *Probl.* 1. 2. *Coroll.*) ideo multo minus potest unus oceanus supradictam capacitatem replere, ut per se manifestum est (3 *Postul.*) Igitur ut ista capacitas aquis repleatur, ipsæ ex imbre natæ (9 *Probl.*) & ex oceano superiori maribusque particularibus sursum elevatæ (33 *Theor.*) supra universam tellurem versus omnes montes, & quidem 15 cubitis supra altissimos determinantur necesse est. Quod quia rationi consentaneum est

(4 *As-*

(4 *Assumpt.*) per omnipotentem Dei voluntatem solam adeoque per miraculum fieri posse, colligi oportet, aquas universam tellurem 15 cubitis supra altissimos montes operuisse per miraculum. Q. E. D.

1. *Scholion.*

Hoc autem miraculum mihi factum videntur præter secundam legem particularem (12 *Theor. Diss. n.*) nam aqua gravis est (*Scholion. 8 Theor.*) & tamen heic sursum fertur. Vide 30 *Theorema: 5 Argumentum. Diss. n.*

2. *Scholion.*

Nam quidni Deus per miraculum hæc aquas præcise circa & supra omnes montes determinasset, ac aquas maris rubri Israelitis per illud transeuntibus in similitudinem muri coegerit *Exod. 14: 22* ? vel ac aquas Jordanis consistentes in acervum consurgere fecerit, *Jos 3: 16* ?

1. *Corollarium.*

In hoc igitur diluvii miraculo tantum facta est determinatio aquarum circa & supra montes omnes etiam altissimos.

2. *Corollarium.*

Hinc sequitur unum oceanum plus satis fuisse ad universam tellurem vel 15 cubitis supra altissimos montes contegendam. Et quidni unus oceanus pluribus telluribus hoc modo inundandis suffecisset ?

3. *Scholion.*

Huc, huc, inquam, athees, & hoc miraculum

eulum, ut & duo priora 22. & 32. Theor. proposita, diligenter cum animo tuo volve, & desine in posterum verum Deum miraculorum authorem in dubium revocare; & de sacrae scripturae Divina autoritate dubitare.

4. Scholion.

Consulvi quendam eruditum Judæum in civitate nostra de magnitudine cubitorum quosnam in dimetienda altitudine supra dictarum aquarum intelligendos existimaret. Is mihi asseruit ex Judæorum eruditissimorum sententia quamlibet palmam esse spatium ab extensi transversim pollicis extremitate ad anteriorem palmæ manus protensum, adeoque plus minus dimidium pedem adæquare, cujusmodi sex palmæ (vide 1. Probl.) vel 3. pedes conficerent cubitum quemlibet hic intelligendum.

5. Scholion.

Considerans vero opera Divina haud nimis magnifica statui licere, (1. Schol. 36. Theor. ;) & supraposita ratione facile demonstrari posse, quomodo 15. hujusmodi cubitis supra altissimos montes universam tellurem operire poterint aquæ, nulla mihi suppetit difficultas hujusmodi cubitos in hac aquarum altitudine determinanda intelligendi.

(23)

38. Theorema.

Aer loca in abyssu magna ab aquis derelicta occupavit.

De-

Demonstratio,

Cum in omni motu integer circulus corporum moveatur (13. *Assumpt.*;) aquæ ex abyſſo affluerint (29 *Theor.*;) & hæ affluentes aquas e maribus ſurſum adeoq; in aerem contiguum elevarint (33 *Theor.*;) adeo palam eſt aerem loca ab aquis in abyſſo magna derelicta occupaffe. Q.E.D.

(24)

39. *Theorema.*

Omnis caro expiravit.

Demonſtratio.

Quoniam aquæ vel 15. cubitis ſupra altiſſimos montes univerſam tellurem operuerunt (37 *Theor.*;) ideo neceſſe fuit, ut omnis caro viva vel vitam animaleſ habens expirarit, Gen. 7: 21. 22. 23. Q.E.D.

Scholion.

Hinc *לבוש* diluvium à rad. *לבל* marceſcere derivatur: quod proprie quidem de plantis dicitur, ſed metaphorice quoque de omni carne viva, quæ cum expiravit inſtar plantarum marceſcere & corrumpi deprehenditur.

(25)

39. *Theorema.*

Ventus è naturali cauſa obortus eſt.

Demonſtratio.

Quia rationi conſentaneum eſt (4 *Assumpt.*;) ventum à naturali cauſa proficiſci poſſe, ideo mihi ſtatuendum videtur, Deum ventum tranſire ſuper terram feciſſe Gen. 8: 1. non per miraculum, ſed hunc ventum, è natura-

turali causa obortum fuisse. (Conf. 2 Schol
24 Theor.) Q. E. D.

Corollarium.

Ergo Deus res naturales ita præordinavit,
ut tum præcise temporis ventus è causa natu-
rali oriretur.

40. *Theorema.*

Per ventum & aerem prementem aquæ quie-
verunt.

Explic. Ventus est aer versus aliquam line-
am motus.

Demonstratio.

Quia non datur penetratio dimensionum
(11 *Assumpt.* ,) ideo ventus obortus (39 *Theor.* ,)
& aer premens (14 *Assumpt.*) non in aquas
elevatas & 15. cubitis supra altissimos montes
circa univèrsam tellurem determinatas (37.
Theor.) ingressi sunt , sed eas deorsum versus
abyssum magnam pepulerunt : unde aquæ
וַיִּשְׁכַּח & quieverunt, Gen. 8: 1. Q. E. D.

Scholion.

Etenim quamvis vox שָׁכַח etiam *subsedit*,
recessit significat , tamen eam significationem
hoc loco locum non habere credo, propterea
quod tandem Gen. 8: 3. de aquarum *recessu* ha-
betur sermo. Ergo vox illa hoc loco mihi
quiescere significare videtur : nam prius quie-
verunt aquæ quam recesserunt : similiter ac
in æstu maris aquarum refluxum sequi quie-
tem experimur.

(26)

41. *Theorema.*

*A vento & aere premente obstructi sunt fontes
abyssi.*

Demonstratio.

Quoniam aquæ ex abyssu affluentes ejus fontes ruperunt & ampliarunt (29 *Theor.*;) & per ventum & aerem prementem aquæ quieverunt. (40 *Theor.*;) ideo manifestum est, easdem aquas à vento & aere premente fuisse suppressas ita, ut amplius affluere desidererint. Hæc aquarum suppressio mihi illa fontum obstructio esse videtur, quam legimus *Gen. 8:2.* וַיִּסְכְּרוּ וַיִּסְכְּרוּ וַיִּסְכְּרוּ & obstructi sunt fontes. Q.E.D.

Scholion,

Si namque fontes ipsi verè fuissent obstructi, aquæ per eos in abyssum refluere non potuissent.

(27)

42. *Theorema.*

Amiraculi cessatione cataractæ cœli sunt obstructi.

Demonstratio.

Quoniam imber à Deo per miraculum factus est (22 *Theor.*;) ideo hoc miraculo cessante, ipsum imbrem cessasse per se manifestum est (3 *Postul.*). Hæc autem imbris cessatio mihi illa cataractarum cœli obstructio fuisse videtur, quam etiam ibidem *Gen. 8:2.* legimus: & obstructæ sunt cataractæ cœli. Q.E.D.

Corollarium.

Hinc sequitur modus, quo imber de cœlo co-
Hhh 5 bibi-

hibitus fuerit, ibidem etiam Gen. 8: 2. videlicet, obstructione cataractarum cœli.

(28)

43. Theorema.

Aquæ per ventum & aerem prementem recesserunt in abyssum.

Quoniam per ventum & aerem prementem aquæ quieverunt (40 Theor. ;) & aquæ teste sacra scriptura (4 Postul.) Gen. 8: 3. recesserunt aut redierunt : ideo rationi consentaneum est (4 Assumpt. ,) eundem ventum ac aeris pressio- nem continuasse, & per eadem aquas in abyssum recessisse. Q. E. D.

44. Theorema.

Aquæ in abyssum recedendo, aerem inde dispulerunt.

Demonstratio.

Vidimus 38 Theor. aerem loca in abyssu ab aquis derelicta occupasse. At quoniam aquæ in abyssum recesserunt (43 Theor. ,) aerem, quippe qui minus restitit, quam aqua impulit, (Schol. 8 Theor. ,) inde rursus dispulisse foras debuerunt. Q. E. D.

(29)

45. Theorema.

Aquæ initio celerrime in abyssum recesserunt.

Demon.

Demonstratio.

Aquas initio celerrime in abyssum recessisse, ex (4 Postul.) *Gen. 8: 3. 4.* manifestum est : si- quidem ibi videre est, eodem ultimo die 150. dierum , quo diluvium desiit, arcam resedisse super montes Ararat. Ergo hoc uno die de- scenderunt aquæ a 15 cubitis supra altissimos montes, ad quam altitudinem aquæ fuerunt elevatæ (37 Theor. ,) usque ad 22 cubitos su- pra montes Ararat, quibus arca inferiori sua parte in aquam subsedit, *Coroll. 18. Theor.* Un- de constat aquas initio celerrime in abyssum recessisse. Hujus autem rei ratio est, quod aer initio rarus aquis in abyssum recedentibus non multum resistere potuit.

Scholion.

Hunc autem celerrimum aquarum in abyf- sum recessum Divina scriptura indicare vide- tur, cum *Gen. 8: 3.* וַיָּשׁוּב הַלִּיךְ *eundo* & *redeun- do*, duo verba ejusdem hoc loco significationis (etenim notant motum aquarum eundem versus eadem loca pristina) adhibet : magis quod horum posterius וַיָּשׁוּבוּ *redierunt* aquæ de terra , etiam initio hujus versus habetur.

Corollarium.

Hinc sequitur aquas necessario imminutas fuisse, *Gen. 8: 3.* וַיִּחְסְרוּ *imminuta sunt* aquæ: etenim cum verbum חָסַר de rebus usurpatur, significat *imminuit*.

(30)

46. Theorema.

*Terræ superficies 163. diebus siccata fuit.**Demonstratio.*

Ab initio recessus aquarum id est, à die decimo septimo septimi mensis *Gen. 8: 4.* usque ad primum diem anni sequentis *Gen. 8: 13.* quo die aquæ siccatae fuerunt, transacti sunt 5. menses & 13. dies, vel 163. dies. Unde patet, terræ superficiem 163. diebus fuisse siccata. Q. E. D.

Corollarium.

Hinc fluit, aquas non tam celeriter, ut initio, in abyssum recessisse, sed perquam tarde, & lento refluxu, nimirum, quandoquidem nunc aer in abyssu reliquis ab aquis in eam redeuntibus fuit condensatus, unde iis nunc vehementius restitit, & ob hoc ipsum tam cito dispelli non potuit. *Conf. 44. & 45.*

Theor.

CASPARIS MAURITII, (a)

S. T. D, & verbi divini Ministri

In ecclesia *Hamburgensi*

De CONFESSIONE & ABSOLUTIONE PRIVATA

THESES

UT sequentia accurate examinanda proponerem, effecere gravissimi Angores Conscientiæ, quos ut notum est singulari Dei beneficio sustinui, cum me Satanas ob peccata
in

(a) Fuit ille primum Conrector Scholae Bordsesholmenfis in Cimbria, deinde Logicae & postea Theologiae Professor, & Superintendens Rostochiensis. Ab anno 1662. Hamburgi in aede D. Jacobi Evangelium docuit ad annum usque 1675. in quo die XIV. Apr. aetatis sexagesimo diem suum obiit. Paucis ante mortem mensibus has theses transmisit Gregorio MICHAELIS, Generali Superintendenti Comitatus Oldenburgensis, cujus in *Gaffarelli curiositates inauditas* notae exstant. Erat autem hic affinis Mauritii, qui ejus sororem *Catharinam*, Christiani *Michaelis*, Superintendentis & sacerdotis in aede D. Jacobi Rostochiensis, filiam in matrimonio habuit. Exem-

in officio commissa, & profanationem nomi-
ni divinis gloriosi & tremendi, adoriretur,
eaque in immensum exaggeraret, ut de sola-
tio valde sollicitus essem. Nullum a tenta-
tis Solatium idoneum superest, nisi ex verbo
Dei depromptum. Hic est gladius Spiritus,
quotandem funiculus tentationum, Dei gra-
tia disseccari, & solvi Satanæ nodi atque rum-
pi possunt. Sic *Asperitas tentationis fit origo
Luminis*. Itaque consultum duxi & necessa-
rium, pro gloria Dei & liberanda conscien-
tia mea de *Absolutione Sacerdotali*, hodie apud
nos usitata sequentia subijcere. Quæ ut ab
animo vacuo amarulentia & perturbatione,
fastu & malevolentia, odio & invidia, omni-
que maligno affectu, cujus causas procul ha-
beo, solo studio, leniter & modeste, ex pio
affectu verum scrutandi, proficiscuntur: ita
eadem sinceritate ut accipiantur, & sine o-
mni acriori contentione, a qua Ecclesia ab-
horret 1. Cor. II, 16. firmis argumentis, non
impetu, sed Christiana modestia res tractetur,
amicè contendo. Sic enim in rebus invete-
ratis, quæ subito revelli non possunt, fieri
par & æquum est.

§. I.

plar, quod forte fortunâ in manus incidit meas, fi-
deliter ex autographo descriptum fuit. Quanti-
quam plurima sint ad manus, quæ ad hæc confir-
manda vel illustranda possent afferri, consulto tamen
nihil volui mutare, nihil addere, totum hoc scri-
ptum cordatoribus Theologis serio expendendum
relinquens. T. d. H.

§. 1. Non agam fusius de Clavibus Ecclesiae commissis, hæc enim res in nostris Ecclesiis nullam habet controversiam. In Ecclesia Corinthiaca Paulum communicaturis injunxisse, ut se probarent ipsi, manifestum est. Nihil in omnibus Epistolis Apostolicis de privata reperitur absolute. In Ecclesia Corinthiaca potestas clavium exercebatur, non ab uno, sed ὑπὸ ἰῶν πλειόνων à pluribus delectis, ut manifestum est ex 2. Cor. 2, 6. sq. Cf. 1. Cor. 5. 11. 13. c. 7. 9. Nimirum si quis graviter deliquisset, & postea resipuisset, clavem absolutionis non unus, neque soli Sacerdotes, sed iis adjuncti Seniores expediebant, de quibus agit Paulus 1. Tim. 4, 14. 17. quos alibi vocat προισταμένους, προεσώτους, κυβερνήσεις. Regentes Censores & Ecclesiae Præsides, Rom. 12, 7. 8. 1. Cor. 12, 28. 1. Tim. 5, 17. v. Act. 15, 6. 23. ubi habes Apostolos Seniores & Fratres, & c. 20, 17. 28. ubi in una Ecclesia plures habes Episcopos, nempe Episcopum ejusque Collegas, in Regimine Ecclesiastico ex ministris verbi & Laicis electos. Cf. Phil. 5, 17. 2. Theff. 3, 14.

§. 2. Sec. II. Seniorum mentionem facit Tertullianus cujus in Apol., c. 39. hæc sunt verba: *Coimus in Coetum & Congregationem &c. disciplinam preceptorum inculcationibus densamus, ibidem etiam exhortationes castigationes & censura divina: nam & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de conspectu Dei, summumque futuri judi-*

judicii tempus iudicium est, si quis ita deliquerit, ut à communicatione Orationis & conventus, & omnis sancti commercii relegatur. Præsident probati quique Seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti. Hæc Tertull. qui de Pœnit. c. 9. Sub pœnitentia positos, presbyteris advolvi charis Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationes suæ injungere ipsum pœnitente, cum se ad genua fratrum protendit Christum contrectare scribit. Quæ ut melius intelligantur, eos, qui in scelus prolapsi spiritualibus vinculis ligati erant, certo disciplinæ ordine fuisse subjectos. Concil. Ancyr. Sec. IV. habitum c. 4. Lapsos inter audientes, uno anno constitui, succumbere v. tribus annis, & in oratione communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam pervenire, h. e. ad communionem admitti debere decrevit. Nempe distincti erant gradus pœnitentium. Alii erant lugentes qui cum luctu extra Ecclesiam & cum lacrymis stabant; Alii audientes qui intra porticum templi stantes, lectioni Prophetarum & Apostolorum interesse poterant; Alii substrati qui intra templi septa post suggestum inter Catechumenos stabant, & cum Catechumenis dimittebantur ante Liturgiam: Alii subsistentes qui intererant Liturgiæ, sed nondum communicabant, alii qui expleto pœnitentiæ suæ tempore admittebantur ad S. Synaxin v. Supplem. Chamieri L. 5. c. 3. n. 8.

§. 3. Sec. III. vixit Origenes, qui Seniores vocat *βελήν & βελευτάς ἐκκλησίας* Senatum sive Senatores Ecclesiæ Dei Lib. 3, c. Cellsum, simulque eorum officium describit. Eos, inquit, qui recte vivere volunt introducunt, privatim eorum qui nuper cœperunt & admissi sunt, nec adhuc Symbolum, quod ipsos purgatos designet sumserunt, agmen instruunt. Aliud vero eorum, qui se pro virili præparant, nec aliud quidquam, quod Christianis placeat volunt, à quibus quidam constituti sunt, qui de accedentium vita & moribus inquirunt, ut eos qui vetita admittunt, à communi conventu arceant. Eodem Sec. floruit Cyprianus, qui Epist. 6. scribit. *A primordio Episcopatus mei statui, nil sine consilio vestro, & sine consensu plebis meæ privata sententiâ gerere, Id. Epist. 9. pœnitentes justo tempore, & secundum disciplinæ exomologesin venire, & per manus impositionem Episcopi & Cleri Jus communicationis accipere docet. Et Epist. 10. reprehendit eos qui contra Evangelii Legem, ante actam pœnitentiam ante exomologesin sive confessionem publicam gravissimi & extremi delicti factam, ante manuum ab Episcopo & Clero in pœnitentiam impositionem, offerunt lapsis pacem & Eucharistiam dant. Ne quis autem putet semper fuisse requisitam præsentiam Episcopi & Cleri, notanda sunt verba Cypr. Epist. 12. ubi agit de moribundis, qui tempus pœnitentiæ destinatum implere volentes non poterant, morte præventi. Si presbyter repertus non fuerit, &*

Cass. IV. Fasc. V. Iii nr.

urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque delicti sui exomologesin ponunt, ut manu eis in pœnitentiam imposita, veniant ad Dominum cum Pace. Ep. 27. Omnem actum Ecclesiæ per Præpositos gubernari scribit, Et Ep. 28. dicit. *Negotia Ecclesiæ tractanda esse, & limandam plenius rationem non tantum cum Collegis, sed & cum plebe universa, expensa enim moderatione libranda & pronuntianda res est, quæ in posterum circa Ministros Ecclesiæ constituat Exemplum;* Et Ep. 55. provocat ad Ecclesiæ Catholicæ dignitatem & plebis intus positæ fidelem & incorruptam Majestatem & Sacerdotalem quoque auctoritatem & potestatem. *Nihil in tribus prioribus Seculis legimus de privata absolute.* Nemo fuit qui confidentes privatim & promiscuè absolveret. Nemo dixit, Ego te absolvo. In Cypriani Epistolis est una Firmiliani Episcopi Cæsariensis in Cappadocia cujus, verba lectu digna, *non quasi à nobis inquit, remissionem peccatorum consequantur, sed ut per nos ad intelligentiam delictorum suorum convertantur.* Nempe illi, qui publicis Censuris propter gravia delicta erant ligati, ab iis qui ligaverant, expleto pœnitentiæ tempore solvebantur, & ad Eucharistiæ participationem admittebantur conversi.

§. 4. Haftenus de Ecclesia sub Magistratibus Ethnicis. Alia rerum facies sub Magistratibus Christianis, cessante persecutione, eaque, ut fit, deterior. Seniores paulatim

ex Laicis sublato, queritur Ambrosius five is sit Hilar. Diaconus in locum Pauli i. Tim. 5. 14. 17. Verba ejus sunt. *Et Synagoga & postea Ecclesia Seniores habuit, quorum sine Consilio nihil agebatur in Ecclesia, quod, qua negligentia obsoleverit, nescio forte Doctorum desidia, aut magis Superbia, dum soli aliquid volunt videri.* Eodem Matth. XVIII: 17. Sec. quo vixit Ambros. nempe IV. Floruit etiam Hieron. cujus verba in locum, *Die Ecclesie, sic sonant. Istum locum Presbyteri, & Episcopi intelligentes, aliquid sibi de Phariseorum assumunt Supercilio, ut vel damnent innocentes, vel solvere se noxios arbitrentur. Legimus etiam Levit. de Leprosis, ubi jubentur, ut ostendant se Sacerdotibus quomodo Leprosus ibi immundus vel mundus sit, sic ligat vel solvit Episcopus vel Presbyter.* Hic juvat audire verba Ecclesiasticæ ordinationis Hamburgensis, dieweil man spüret ein busfertiges Herz / den Glauben an Christum und einen guten Vorsatz / daß sie sich nach Gotts Wort wollen bessern / und Christlich leben / haben auch den rechten Verstand vom Heil. Abendmahl soll man sie absolviren. Nempe qui tali proposito & vita ostendunt se pœnitentes, absolvendi sunt.

§. 5. Sec. IV. & V. vixit Chrysostomus cujus verba allegantur in Aug. Conf. p. 27. 28. *Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses, sed obedire te volo, Prophetæ dicenti; Revela ante Dominum viam tuam, Et tua confitere peccata apud Deum verum Judicem*

cum oratione, delicta tua pronuntia non lingua, sed conscientia tua memoria. Additur in A. C. Glossam de pœnitentia fateri, *Humani Juris esse Confessionem.* Idem Chrysoftomus explicans verba Christi dic Ecclesiæ interpretatur, *ἡ εἰς τοῖς προεδρεύσει* h. e. Assessoribus Concilii. Quamquam Euthymius & Trapezontius *προεδρεύσει* s. præidentibus dicendum esse censuerint. Quomodo ergo Theophylactus de *προσέδροις τῆς ἐκκλησίας* h. e. de Ecclesiæ Præpositis, verba Christi accipit; Hic notandum in Ecclesia Constantinopolitana *Pœnitentiarium* fuisse, qui tamen abrogatus postea est, ob causam quæ legitur apud Socrat. L. 8. H. E. c. 19. & Sozom. L. 7. 14. quorum uterque Sec. V. vixit: *Pœnitentarii*, qui tantum unus erat in Eccl. Constant. cujus alias erant Presbyt. 60. *munus erat audire Confessionem Criminum & peccatorum gravium, ad quæ tunc temporis erat adstricta Confessio.* Sed hæc Confessio una cum Pœnitentiariis in omnibus Ecclesiis Orientalibus obsolevit & contra in Latina Ecclesia sic crevit Confessio, ut omnibus Sacerdotibus potestas audiendi Confessiones daretur, sic tamen, ne Diœceses & Parochiæ confunderentur. Memorabile est in Ecclesia Constantinopolitana usitatum fuisse, ut in S. Synaxi Diaconi subinde clamarent, *Alii alios noscite.* Ein jeder habe acht auff seinen Nachbarn / h. e. in præsentis studiose inquire, & si quem nostis Judaizantem, hæreticum, blasphem-

phemum fornicantem, implacabilem, notum
 tacite. vide Chryf. T. I. Paris. p. 392. Cf. p. 248.
 287. 473. August. qui Sec. V. floruit. Serm.
 64. de Verbis Domini, sic compellat com-
 municaturos. *Cogitantes ergo gradus vestros, &*
servantes professionem vestram, accedite ad Car-
nem & sanguinem Domini. Qui se scit aliter esse,
non accedat, compungimini magis Sermone meo,
Quicumque impudici estis corrigite vos dum vivitis.
Ego enim verbum Dei loqui possum, impudicos au-
tem & in nequitia perseverantes de Judicio Dei &
damnatione liberare non possum. Hinc apparet
 nullam tunc temporis fuisse privatam Con-
 fessionem & absolutionem. Nullus est usus
 clavis solventis, nisi præcesserit ligans, Pau-
 lus primò ligat incestuosum, postea solvit v.
 Matth. 16. 19. 18. ubi solventem præcedit
 clavis ligans. Qui non sunt ab Ecclesiæ cla-
 vibus ligati, ab Ecclesiæ censuris non solvun-
 tur; Affonat totius Ecclesiæ primitivæ pra-
 xis. Cæterum quo pacto reconciliati sint
 lapsi, & ligati soluti, docere nos potest Greg.
 I. Lib. 12. Ep. 32. *Peccatores precibus Sacerdotum*
Ecclesiæ Catholicæ reconciliantur; Ubi duo notan-
da! peccatorem pœnitentem reconciliari Ec-
clesiæ, & hanc reconciliationem fieri Sacer-
dotum precibus, non vero potestate judiciaria.

§. 6. Fulgentio qui vixit Sec. VI. Hugo
 Menardus Benedictinus, qui edidit librum de
 Sacramentis Gregorii, hanc formulam tri-
 buit, *Misereatur tui omnipotens Deus, & donec*

tibi veram indulgentiam de peccatis tuis, & ulciscatur te de omnibus inimicis tuis invisibilibus, donet tibi Deus consilium in isto Seculo & perducatur Te feliciter ad Vitam eternam.

§. 7. Verosimile est etiam prioribus Sec. absolutionem etiam verbis precativis expeditam fuisse, id quod manuum impositio usitata probat, quid est impositio manuum, nisi Oratio super hominē, inquit August. de unico bapt. L. 3. c. 30. Talis formula est illa quoque quam Menardus in libro quodam repertam esse dicit, quæ supra §. 6. citatur.

§. 8. Rabanus Maurus, qui vixit Sec. IX. Confessionis meminit, sed spontaneæ L. 2. de Instit. Cler. c. 30. Quorum peccata in publico sunt, in publico debet esse pœnitentia, quorum peccata occulta & spontanea Confessione soli tamen Presbytero vel Episcopo ab eis fuerint revelata, eorum occulta debet esse pœnitentia ne infirmi in Ecclesia scandalizentur, videntes eorum pœnas, quorum penitus ignorant causas. Vide Concil. hoc Sec. celebrata, Arēlatense IV. c. 26. ut qui publico crimine convicti sunt rei, publice judicentur & publicam pœnitentiam agant. Vide Concil. Wormat. can. 25. & Concil. Triburiens. Sec. X. celebrati c. 55. sqq. Praxin Sec. IX. describunt Ordo Romanus & Alcuinus de divinis officiis Cap. de Jejun. Ubi id observatu dignum, non aliam fuisse absolutionem, quam precativam. In Ordine Romano edito Paris. anno 1627. plures ejusmodi pre-

precativæ formulæ recitantur. In Biblioth. Patrum habemus Officium Rom. quale usitatum erat tempore Caroli M. & Ludov. Pii, ubi formula non judiciaria sed precativa occurrit his verbis. *Deus dimittat tibi omnia peccata tua, & te liberet ab omni malo.*

§. 9. In Græca Ecclesia non sunt usi formula judicativa. *Ego te absolvo*, sed precativo, ut ex Euchologio Græcorum Paris. impresso 1647. & edito à Jac. Goar, Lectore Theol. patet. Neque Æthiopicæ Ecclesiæ utuntur alia formula Absolutionis, quàm precativa, ut liquet ex Hist. Æthiop. edita per Jesuitas Paris. 1628.

§. 10. Aliam formulam absolutionis Menardus memorat, quam dicit esse repertam, in sepulcro cujusdam Eliæ mortui a. 1071. in Gallia *Dominus Deus omnipotens, qui potestatem dedit S. Apostolis suis ligandi & solvendi, ipse Te dignetur absolvere, frater Elia, à cunctis peccatis tuis, & quantum fragilitati meæ permittitur, sis absolutus ante faciem Illius, qui vivit & regnat in Secula Seculorum.* Nempe hoc tempore Sec XII. mediæ ejusdam formulæ, quæ deprecativa & indicativa simul est, usus invaluit, ut testatur Joh. Morinus, Congreg. Orat. Domini J. C. Presbyter, Scriptor Pontificius, editis Exercitationibus biblicis celebris. Verba ejus Lib. 8. de Pænitentia c. 10. notabilia sunt. Nihil animadvertes quam deprecativum, sive reconciliationem publicam spectes sive privatam & oc-

eultam, sive sanis præstitam, sive infirmis & moribundis, animamque exhalaturis. Cum autem quotquot sunt libri rituales, Sacramentaria, Pontificalia, Pænientialia, ante annum 1700. scripta, nullas alias formulasquam deprecativas nobis exhibent, dici posse nullo modo videtur, alias in praxi fuisse.

§. II. Petrus Lombardus Episc. Parisiens. qui vixit Sec. XII. & prolixè de Pænitentia scripsit, nihil habet de absolutione in forma iudicativa, Ego te, absolvo, & verbis Hieron. de Sacerd. Levit. super §. 4. allegatis rem totam illustrat. Idem sentiunt Alex. Alensis, Bonavent. Biel, Occam, alique, quos magno numero citat Vasques in 3. Parte Thom. Q. 84. art. 13. p. II. qui negarunt Sacerdotes esse Iudices, Gratianus Dist. I. Lib. de Pænit. sic scribit. *Non ergo in Confessione peccatorum remittitur quod jam remissum esse probatur. Fit itaque Confessio ad ostensionem pænitentiae non ad impetrationem veniae. Et sicut Circumcisio lata est Abrahæ in signum iustitiæ, non in causam Iustificationis, sic Confessio Sacerdoti offertur in signum veniæ acceptæ, non in causam remissionis accipiendæ.* Modo dicebamus de forma absolutionis iudicativa; Talis est illa formula, quæ legitur in Libro cui Tit. Status & ritus Ecclesiæ Græcæ, Græcè descripti à Christ. Angelo Greco, Latine autem versi à Georg. Felahvio p 37. *Ex ea potestate quam Christus Apostolis suis concessit dicens. Quæcunque solveritis in terra & in cælis soluta erunt,*

Et quam ab Apostolis Episcopi acceperunt, quam ego ab Episcopis nactus sum auctoritatem, absolveris, Et criminum reus pronunciaris à Patre filio Et Spiritu S. Et inter justos cernes sortem Et hereditatem tuam. Posthæc imposita in confitentis caput manu, consuetam aliquam precationem recitat; Consistens vel humi vel alio aliquo in templo loco, nummis aliquot ut Sacerdos se pro ipso preces fundat, relictis, abit. Sic via sensim munita ad Indulgentias papales, quarum Simulacrum (einen Schein der Ablassfrämerey) apud nos remansisse nonnulli ægre ferunt. Et hoc nomine telis linguarum expositum esse Ministerium diffiteri non possumus. Cæterum perinde esse videtur, si quis nummum illum (Beichtpfenning) in loco Confessionis accipiat, sive domi suæ. Utrobique enim respectum obtinet ad communicatam absolutionem, si dantis intentionem consideremus.

§. 12. Tandem Sec. XIII. in Concil. Lateranensi A. 1215. celebrato, potestas Ministrorum judicativa Christiano orbi obtrusa & cum multi contradicerent, Formula judicativa in Concil. Trident. confirmata est, exclusis formulis precativis, veteri Ecclesiæ, ut ipsi testantur Papistæ, quorum verba modo allegabamus, unice usitatis; Sic habent verba Conc. Trid. Sess. XIV. c. 6. p. m. in Caranza Sum. Concil. 730. *Quamvis absolutio Sacerdotis alieni beneficii sit despensatio tamen non est solum*

nudum ministerium vel annuntiandi Evangelium vel remissa esse peccata declarandi. (quod tamen Hurt. & Lombardus alique numero plurimi dicunt) sed ad instar actus judicialis quo ab ipso (Sacerdote) velut iudice sententia pronounciatur, Cf. c. II. Ante hoc tribunal, tanquam reus sisti voluit, ut per Sacerdotum sententiam possint liberari. Et Can. IX. de Pœnit. in Caranza p. m. 737. Si quis dixerit absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum judicialem, sed nudum ministerium pronounciandi & declarandi remissa esse peccata, confitenti modo tantum credat se esse absolutum, Anathema sit. Hinc in Concil. Later. c. 21. Sacerdotibus injungitur, ut sint discreti & cauti, diligenter inquirentes & peccatoris circumstantias & peccati, per quas prudenter intelligant, quale confitenti consilium debeant exhibere, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum egrotum &c. & in Concil. Trid. Sess. 14. c. 5. Ex his colligitur oportere pœnitentes omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint, & tantum adversus duo ultima Decalogi præcepta commissa, quæ nonnunquam animum gravius lauciant, & periculosiora sunt, iis quæ manifesto admittuntur. Colligitur præterea etiam, eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant, quod sine illis peccata ipsa neque à pœnitentibus integrè

exponantur, nec Judicibus innotescant, & fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere. Quæ profecto enumeratio impossibilis est, & vera carnificina conscientiarum, quicquid ogganiant Tridentini Can. 19.

§. 13. Operæ pretium est cognoscere quis & qualis hoc tempore fuerit Papa R. Apotacticus & Apostolicus verius, quam Apostolicus, ut Genebrardus alicubi loquitur. Innocentius erat III. celebris; infinitis calamitatibus, quibus obruit Germaniam, adversus Philippum Imperatorem Bertholdum, Zaringiæ Ducem, & Ottonem Saxonem, denique Fridericum Siciliae Regem accendendo, qua occasione tantas corrasit divitias, ut recte Abbas Usperg. exclamet; *Gaude mater nostra Roma, quoniam aperiuntur cataractæ thesaurorum in terra, ut ad Te confluant rivi nummorum in magna copia. Letare super iniquitate filiorum hominum, quoniam in recompensationem tantorum malorum datur tibi pretium; Jucundare super adjutrice tua; Discordia, quia erupit de puteo infernalis abyssi, ut accumulentur tibi multa pecuniarum premia. Habes quod semper sitiisti, decanta canticum, quia per malitiam hominum, non per tuam Religionem orbem vicisti.* Hæc ille. Idem Innocent. Regem Angliæ Johan. excommunicavit, quod intrusum Archiepiscopum Cantuariensem recipere nollet, neque prius absolvit, quam Rex perpetuo tributo promisso, se illius beneficiarium agnosceret,

feret. Idem ille Crucem; adversus Albigenses prædicari iussit, sed cum magna cruce signatorum militum copia coiret, centum eorum millia cæsa sunt. In Concilio Lateranensi, de quo dictum est Transubstantiationem stabilivit, & statuit, ut Principes, qui in exterminandis hæreticis, quos ipse hæreticos declarasset, negligentiores forent, excommunicati dominium in Vasallos & subditos amitterent. Hoc Pontifice dominante, Dominicus instituit preces Rosarii sive Psalterium B. Virginis, in qua illa colitur, salutatione Angelica centies & quinquagesies repetita, & oratione Dominica ad quamlibet decimam cum certis meditationibus vitæ J. C. composita. De obitu ejus & apparitione post mortem videatur Spondanus.

§. 14. Unum hic probe notandum, quod Spiritum Vertiginis, quo aguntur Papistæ, manifeste arguit. Contendunt in absolutione Sacerdotali utendum forma Judicativa, Ego te absolvo, & tamen ipsi in ultimo Sacramento suæ extremæ unctionis, antiquam formulam precativam retinent, Remittat tibi Deus quicquid deliquisti per oculos. Hic profecto, Judiciaria potestas obtineret, imprimis definitiva opus esset, pro efficaci moribundorum solatio.

§. 15. Thom. Aquinas, qui hoc Sec. XIII. vixit in Opusculo c. 2. objicienti, Magistrum Sententiarum (Lombardum) non posuisse for-

mu-

mulam judicativam, nec aliquem Sanctorum Legi, hac forma usum esse, respondet, quod nec Magister formam posuerit, nec legatur de alia forma, qua aliquis Sanctorum sit usus, nec legatur quod aliquis istam formam negaverit, legatur autem quod Christus dixerit. Quibuscunque remiseritis peccata &c. Sed alia forma, nempe precativa usos esse veteres, ipsis Papistarum Morini & Menardi verbis, jam evictum dedimus. Ad locum Joh. 20. quid attinet, non dicam, hoc postremum solis dictum videri Apostolis, qui immediatum Spiritus S. afflatum, de quo præcedit, acceperunt, & extraordinariè multa fecerunt, ut patet ex Act. 5. & 1. Cor. 5. &c. Luth. Tom. I. Jen. p. 509. In diesem Spruch ist nichts von der heimlichẽ Beicht. Quod si hic ageretur de privata absolutione, id sine dubio primitiva Ecclesia vidisset, & praxi sua corroborasset. Et quis credat hodiernos Simoniacos, qui per se, & per alios currunt, Spiritus S. afflatu gaudere. Interim posito hæc verba ad Confessionem, & absolutionem privatam applicari posse, manifestum est ea non posse separari à præcedentibus. Sic ut misit me Pater, ego mitto vos. Filium autem Pater misit, ut peccatores ad pænitentiam vocaret, & verè pænitentibus remitteret peccata Matth. 9: 13. nempe absolvendi, quos Spiritus S. in verbo jubet absol-
vere

vere, hoc est verè pænitentes, Cf. August. verba §. 5, allegata. Quomodo apud Lucam c. 24: 47. ubi eadem, quæ à Johan. describitur apparitio enarratur, pænitentia & remissio peccatorum coniunguntur, *zu predigen Buisse und Vergebung der Sünden.* Commissio Apostolis & nobis data non est absoluta, sed limitata ad verè pænitentes, quos vix alius, quàm Deus novit. Hinc illa; Si credideris Rom. 10: 9. Si credis toto corde Act. 12: 37. Fatentur id Papistæ; quos inter Forerus Antiquit. Papat. contra Molin. Part. 3 pag. 688. provocat ad consuetudinem iudicum huius mundi, in quorum sententia semper inest conditio sive expressa sive tacita, quandoquidem omnis Iudex vel absolvit, vel condemnat, secundum allegata & probata: Allegant dictum Cypriani Ep. 52. Si nos aliquis pænitiæ simulatione deluserit, Deus qui non deridetur, & qui Cor hominis intuetur de hic quæ nos minus perspeximus, iudicet, & Servorum sententiam Dominus emendet. Sed magna est sententia inter Iudices huius mundi, & inter ministros verbi, ut quivis videt. Cyprianum quod attinet notum est ejus tempore nullam fuisse in usu privatam absolutionem, sed publicam in qua non agebatur de remissione peccati coram Dei tribunali, sed de remissione poenæ Ecclesiasticæ, per quam pænitens impleto poenitentiae tempore, reconciliabatur Ecclesiæ. *Neque enim* ut Cyprianus ait,
pre-

prejudicamus Domino judicaturō, quo minus si penitentiam plenam & justam peccatoris invenerit, tunc ratum faciat quid à nobis hic fuerit statutum. Interim nullus Apostolorum, nemo Apostolicorum virorum, nemo Presbyterorum & Episcoporum primis 12. Sec. post C. N. legitur hac usus formula, *Ego te absolvo.* Dicit l. c. Foreris una cum precativa formula, etiam fuisse adhibitam judicativam. Sed nihil probat.

§. 16. Retinuit quidem Lutherus, retinimus nos formulam illam, sed non sensu Papistico, neque enim nos Judices sumus, neque *Beichtstuhl/ Richterstuhl/* ut sinare videtur sicut aliæ voces *Nachtsstuel/ Schöpffensstuel/* sed tantum ministri & dispensatores alieni beneficii; In nonnullis Ecclesiis nostratibus viget absolutio publica, salva Ecclesiarum pace. Idem enim Evangelium, & ejusdem efficaciam est sive in genere multis, sive privatim vel uni vel paucis annuntietur, ut recte censet Chemnit. Exam. Conc. Trid. p. 373. Consentimus omnes potestatem clavium non esse datam ad exploranda peccata occulta, sed ad corrigenda manifesta, vide Apol. A. C. Retinimus in absolute impositionem manuum (cujus tamen in absolventibus nullum in S. litteris exstat testimonium, nulla fit mentio, testibus Papistis præcipuis, Justiniano & Salmerone apud Chamierum Panstrat. Cathol. T. IV. c. 15. sub fin.)

fin.) ceremoniam Veteribus in benedictione & precibus usitatam. Man soll/ inquit Luth. in Catech. nur denen die Sünde vergeben/ die in warhafftiger Busse die Sünde kennen/ und mit demüthigen glaubigen Herzen durch Christum Gnade und Trost begehren wie der Herr Christus auff Erden gethan hat &c. ubi notandum id quod extra omnem controversiam positum est, veritatem pænitentiae, non aliter agnosci, quam ex emendatione vitae, wenn einer einen andern Sinn anleget/ und nicht in Sünden lebet wie vorhin/ Cf. Luth. T. 5. Jen. Germ. p. 217. sqq. ubi pluscula notatu digna occurrunt; Et hoc nos probemus & probe examinemus ipsi.

§. 17. Quo pacto in Ecclesiis Hamburgensibus vigore ordinationis Eccles. absolutio confessis peccata sua communicare debeat ex alleg. §. 4. Verbis constat. Quibus adde sqq. die Capellanen sollen Beicht hören / und in der Beicht auch nach gelegener Nothdurfft/ Christlich und fleißig unterrichten / zum gottsfürchtigen Leben einen jeden in seiner Vocation ermahnen/ und fleißig fragen ob sie auch ihren Catechismum gelernet haben/ und ob sie in ihren Befehl gottsfürchtig/ und rechtschaffen leben/ und nach Gottes Geböthen sich halten. An autem id hodie fiat, quod fieri jubet nostra ordinatio, vel fieri possit in tanta hominum, non dicam colluvie, sed multitudine & frequentia communicantium, ubi omnes & singuli à tribus
Col.

Collegis uno die Sabbathi explorari debent, ubi 300. & amplius nonnunquam 400. imo 500. (Feria I. Paschal. in æde Jacobi an. 74. fuere 500.) paucis horis absolvuntur, inter quos multi sæpe de facie ignoti, quorum vita non satis cognita est, expendendum conscientis rectè formatis relinquo. Celeberrimus Sarcerius non nisi sedecim una vice potuit absolvere. Secundum Aug. Conf. absolvendæ sunt perterrefactæ conscientia die erschrockene Gewissen/quo tendunt verba Cantici.

Du solt glauben und nicht wancken/
 Daß es sey eine Speise der Krancken/
 Denen ihr Herz von Sünden schwer/
 Und für Angst ist betrübet sehr.

Solche grosse Gnad und Barmherzigkeit/
 Sucht ein Herz in grosser Arbeit/
 Ist dir wohl/so bleib davon/
 Daß du nicht kriegest bösen Lohn.

Nempe Pastoris est, si quam ovem noverit ægrotam sive contractam, ut eam sanet, applicato privatim ministerio verbi, & Sacramentorum, ut loquitur Chemn. l. c. Neque enim absolutio in nuda declaratione & annunciatione remissionis peccatorum consistit; Neque sufficit si dicas. Ex verbis esse iudicandos confitentes & absolventes. Hoc enim nec verbo Dei nec ordinationi Ecclesiasticæ consentaneum est. So man spüret/
 Class. IV. Fasc. V. Kkk in.

inquit hæc, nicht so man sagt. Non enim ex flore judicanda arbor sed ex fructu; Non omnes qui dicunt Domine &c. Non si leprosus diceret se mundum esse, judicabitur ideo mundus, sed si signa indubia apparent. Unum hic locum Pauli considerandum propono 1. Tim. 6: 9. Notum est plerosque doctos & indoctos, hodie divitias anxie quærere idque cum detrimento proximi, & sibi eo ipso laqueos damnabiles induere, qui quomodo absolvi à Sacerdote possint, ego non video. Summa. Opus operatum hic utramque facit paginam. Die meisten gehen zum Nachtmahl aus Gewohnheit / ne videantur athei.

§. 18. Hic jam quæritur: an in hac fenestra mundi, & veluti fæce, ubi amor mundi & nummorum, cum vitiis inde pullulantibus injustitia, immisericordia, insatiabilitate, item luxus, Atheismus Ps. 10: 4. profanatio Sabbathi, contemptus verbi, φιλαυπια & amor sui, studium compotandi, animus irreconciliabilis, lubido temere & falso jurandi, judicandi alios &c. in immensum creverunt, ubi pauci se judicant & probant ipsi, ubi piis multi permixti refractarii, litium Satores & Sartores, ubi insignis, inaudita, & prope inexpugnabilis regnat inscitia nonnullorum, secundum veterem versiculum.

Hansellus quicquid teneris non discit in
 annis, Hans

Hans nunquam discet, semper ineptus erit.

ad omnes & singulos dici, salva conscientia, salva veritate verbi Dei, & ordinationis Ecclesiasticæ possit. Ego te absolvo. Neque est, quod quis dicat, ostende mihi amatores mundi irreconciliabiles &c. & eos non absolvam. Scripturæ enim clamanti pleurosque incedere per latam viam, & piis atque vere pænitentibus permixtos esse plurimos hypocritas, omnino fides habenda est. *du schmaler Weg des Creuzes/ Armuth/ Niedrigkeit/ Schmach/ Creuz und Todt/ wie bist du so wenig bekant/ wie wenig sind/ die dich finden/ da doch unser Herr Christus diesen Weg gangen ist in seine Herrlichkeit/ un die ganze Welt gehet dagegen den breiten Weg des Reichthums/ der Wollust/ der Ehre und fällt in die Hölle hinein.* Hæc sunt verba Joh. Arndii in libello precum, quæ nemo negabit esse vera.

§. 19. Ego de eo persuasus ex verbo Dei, ob hanc quoque causam vocationem Hamburgensem divinitus sine meo cursu & ambitu, quod notum est, oblatam amplexus sum. Sed & quotidie gravissima mea peccata absolutione confitentium promiscua, Rostochii commissa, gemitibus non fictis confiteor, quod minister Dei cum sim, Domini mei mandato jubentis vere pænitentibus Lüc. 24: 47. veniam annuntiari sæpe contravenerim.

Solum enim Deum cum sit *καρδιογνώστης* iudicio veritatis dicere posse. Ego te absolvo, omnes mecum pii & Dei timentes fatebuntur. Ipsius causæ cognitio penes Jesum C. est qui etiam Judicium fert de homine, inquit Carpz. 868 Hoc certissimum est in primitiva Ecclesia 12. primorum seculorum neminem ausum fuisse ultra formulam precativam & optativam ascendere. Solum Deum remittere peccata omnes Veteres agnoscunt Iren. L. 5. c. 7. Cyr. de Lapsis §. 14. Clem. Alex. Pædag. c. 8. Hilar. Can. 8. Comment. in Mat. Ambros. Ep. 76. & L. 3. de Sp. S. c. 19. Chryl. Hom. 17. in Ep. ad Cor. August. Hom. 23. &c. Fuisset olim res inaudita si Episcopus vel Presbyter dixisset pœnitenti peccatori. Ego te absolvo. Primus Papa minister Satanæ, non erubuit insolenti formula judicativa, Dei regalia invadere, & ministris verbi onus importabile Matth. 23: 4. imponere, & quod in notoriis & gravibus peccatis toti Presbyterio sive Collegio & ex Pastoribus, & ex Senioribus populi constanti, secundum institutionem Apostolicam & praxin totius Ecclesiæ primitivæ competebat, id per ingentem stultitiam & confusionem soli ordini Ecclesiastico, & singulis parochis attribuere. Alle die Worte von Binden und Lösen/Gesetz und Evang. dringen nicht weiter/denn zum öffentlichen Binden und Lösen/welches ist der Bann heisset/inquit Luth. Tom. I. Jen. p. 510.

§. 20. Ad quæstionem supra positam planum & apertum Dei verbum requiro, quod conscientias satisfacere possit. Nam in acerrimo tentationum conflictu, nihil nos erigere potest præter Dei verbum, quod anxie & cupide quæritur, & tandem per Dei gratiam invenitur, ut docet experientia. Circumspiciamus ergo & videamus, quo Dei verbo subnixi, amatorum hujus Sec. absolutionem justificare & defendere queamus. Omnes quidem invitantur ad Epulas cœlestes, sed non omnes vocationi parent, & venientes non omnes Deo placent. Id quod ex Parab. Matth. 20. & Luc. 14. manifestum est. Multi contemtores, plurimi amatores hujus mundi, multi hypocritæ, qui non absolvuntur, sed ligantur divina sententia. Quibus qua veritate & conscientia dici potest. Ego te absolvo, non video. Quicquid hic dixeris, nisi verbum Dei clarum proposueris, semper clamabit tentatus intolerabilem & horrendam esse nominis Domini, tremendi & Sacrosancti prophanationem. Es fehlet ihnen an einem das sie noch nicht wissen / wie schwer es sey für Gott zu stehen ohne Gottes Wort. Scribit Philip. in controversia Sacrament. Nempe solvendi non sunt, quos Dei verbum ligat. Sumus enim Ministri verbi, secundum verbum agere tenemur, non contra verbum.

§. 21. Crediderim Principes & Status Imperii divinitus excitatos, cum Doctrinam à

fermento Papistico Dei beneficio repurgatam amplecterentur, de Ceremoniis non ita sollicitos fuisse. Neque forte consultum duxerunt in tanto adversariorum fremitu, qui post B. Lutheri obitum in apertum erupit bellum, ut nova Ceremoniarum mutatione, animi magis exacerbarentur, & sic studio Conciliationis, quæ subinde ipso Luthero vivente tentabatur, major animorum divulsio succederet. Joachimus Brandeb. Elector, qui Religionis erat Protestantium, à fœdere autem abstinebat, plusculum retinuit ceremoniarum (Papisticarum) & offensionibus mederi studebat teste Sleidano L. 12. p. 335. Notabilia sunt verba Protestantium in Responsione data legatis Cæsaris L. 12: p. 358. Ubi Concordiæ se esse cupidos dicunt, & siquidem Adversarii præcipua dogmata recipiant, de rebus mediis non admodum fore contentiosos demonstrant. Res medias vocant Ordinationem, Jurisdictionem, Vocationem &c. Maluissent quidem nostri à Ceremoniis Papisticis abstinere, puram enim doctrinam actio sincera comitari debet ut loquitur alicubi B. Luth. Sed cum id sine graviore offensione & turba fieri non posset, abstinerunt consulto novis mutationibus Ceremoniarum, quas Religionis adjunctrices & pedissequas vocat Francif. I. Rex Galliæ ap. Sleid. L. 9. Adde quod nollent esse nostri, verè poenitentes &

pii, deterioris conditionis, quam fuissent sub Papatu, & absolutionem desiderarent non in forma precativa, sed in forma usitata, ut certi redderentur confitentes de obtenta remissione peccatorum. Nam propter absolutionem retentam esse Confessionem, nemo in nostris Ecclesiis inficias ibit. Ego ut verè piis & pœnitentibus, absolutionem impertiendam esse, iisque saluari efficacia, & ingenti solatio annuntiationem veniæ Luc. 24. 47. applicari credo, sive id publicè fiat sive privatim, ita omnibus promiscuè qui formulam aliquam Confessionis pro more recepto & ex Consuetudine recitant, de quorum pœnitentia & fide vel nihil, vel non satis constat, communicandam esse absolutionem nego, & non ego tantum, verum etiam Aug. Conf. & Ordinatio nostra Eccles. cum Luth. v. §. 16. negant.

Quæres quo pacto piis consuli debeat, & anxiiis conscientiiis? Resp. Vere pii habent Spiritum S. inhabitantem, qui testimonium dat Spiritui nostro nos esse filios Dei Rom. 8. Atque per verbum publicè & privatim annunciatum Rom. 10. 9. Si credideris &c. Luc. 24. 47. Matth. 18, 19. item qui fœdus gratiæ nobiscum in baptismo inïtum ad quod semper patet regressus, secundum illa k̄ehre wieder/ k̄ehre wieder du abtrünnige &c. Jer. 3. & sanguinem fœderis quem in Sacramento bibimus,

mus, ad remissionem peccatorum obfignandam, nos certos reddit de gratia divina. Tres enim sunt qui testantur in terris, Spiritus per verbum, aqua baptismatis & sanguis N. T. 1. Joh. 5. Cæterum de gratiosa Spiritus S. in habitatione nos certos reddit studium precum & novæ vitæ. Juvat hic legere verba Balduini L. 1. Caf. Confc. c. 12. §. ult. Qui Deum timet, verbum ejus amat, diligenter orat, proximo libenter infervit, damna ejus præcavet, à peccatis se custodit, & de Lege peccati in membris fuis conqueritur, & quod non in omnibus perfecte mandata Dei obfervare potest, dolet, pro viribus Deo infervire nititur, & ut Deus fuæ imbecillitati fuccurrat precatur, præterita peccata confiteatur, & in nomine Jefu remiffionem peccatorum petit, & fe quotidie fanguine Chrifti per fidem purgat, is non habet cur de bona confcientia dubitet. Hæc enim omnia funt opera Spiritus S. qui in animam malignam non ingreditur, nec habitat in corpore peccatis polluto Sap. 1, 4.

§. 22. Non ignoro B. Luth. valde prædicare utilitatem Confessionis & abfolutionis privatæ, neque mihi ignota funt verba Chemnitii. Ipfe agnofco in verè pœnitentibus hæc locum habere, fi miniftro noti tales verè pœnitentes effent, & effe poffent. Sed an omnibus in ufitata forma abfolutio
im-

impertiri possit, & debeat de eo Quæstio est. Nota sunt verba Chrysoft. Hom. 24. In Act. Apostolicis. Quot putatis in Civitate nostra esse qui servantur? molestum quidem est, quid dicturus sum, dicam tamen non in tot millibus centesimum inveniri qui servetur. Sed etiam de illis dubito &c. Luth. T. 7. p. 434. In seiner Vermahnung zum Gebeth schreibet/ daß der grosse Gott Mammon durchaus regiere in allen Ständen / bey hohen und niedrigen gelahrten und ungelahrten. Quis hæc Plutonis mancipia absolvere potest?

§. 23. Hic quæritur, siquidem ritus ille Confessionum audiendarum, & explorationis privatæ omnium & singulorum in Ecclesia Hamburgensi populosissima & tanto concursu profitentium retineri, salva ordinatione Ecclesiastica, & bona Conscientia potest, annon satius sit uti formula absolutionis precativa, vel aliqua illarum, quæ supra recitatae sunt, vel illa quam ipse Deus nobis commendat. Num. 17, 24-27. ubi notanda ultima verba daß ich die Kinder Israel segne / & niti promisso Christi Matth. 19, 19-20. Luc. 24, 47. Nullum enim dubium est, Christum in medio piorum cætu esse, adeoque ubicunque apud Pastorem pium anima pœnitens per Confessionem Deo placentem onus deponit, Christum ipsum præsentem absolvere, & pa-

eam veniamque & remissionem peccatorum omnium præconis verbis annunciatam applicare Spiritus Sancti testimonio, & in corde confirmare. Joh. 20, 19. 26. Sed quid si impius & hypocrita sit confitens? Dicendum hic valere quod Servator Discipulis inculcat, Matth. 10, 13. 14. & Luc. 10, 5- Wo ihr in ein Haus gehet / wünschet den Einwohnern Friede / so daselbst ein Kind des Friedens seyn wird / so wird euer Friede auff ihn beruhen / wo aber nicht / so wird sich euer Friede wieder zu euch wenden / h. e. Es wird seyn als wenn ihr den Wunsch ihm nicht gegeben hättet. Inquiunt Jenenses.

§. 24. Nihil hic definitio, sed omnia Ecclesiae & rectè, sentientium iudicio submitto.
Dominus nos dirigat in viam
Pacis.

Johannis Casparis MER-
CKEN,

V. D. M.

COGITATIONUM
sacrarum specimen.

A.

Christus nunquam legitur egrotasse.

§. 1.

Christus licet fratribus quoad omnia excepto peccato assimilatus sit, & in specie morbos nostros ipse in se suscepisse ac tulisse dicatur haud tamen legimus eum ægrum fuisse, vel ullo unquam morbo laborasse & prout scriptura non prodit, ita verosimile est factum non esse.

§. 2. Quæritur an Causa subsit? imo vero subesse putem & quidem non Unam.

1. Ne præsumptio esset aut vel levissima præsumptionis species locum habere posset eum ex aliqua in victu & potu intemperantia aut affectuum turbido motu eundem sibi

bi attraxisse, hæc enim præter aërem potissimæ morborum causæ physicæ ac naturales esse solent.

2. Morbus subinde morbidam indicat naturam ac temperiem, ex qua morbus ipse, ut spuma ex undoso mari generatur, quæ morbida natura emblemata peccati originalis est, prout morbi ipsi emblemata peccatorum actualium existunt, Ut itaque testatum fieret, Christum neq; ex peccato originali neq; actuali participare neque labis aut reatus Adamici consortem esse, sanitas corporis sanitati ac integritati mentis testimonium perhibere debuit.

3. Potissima autem ratio in lege sacrificiorum latet, ex qua constat non tantum animalia impura sed & ægra vel quo demum cunque morbo aut vitio laborarent ab altari fuisse exclusa Num. XXII. vs. 20. Deut. XV. vs. 21. XVII. vs. 1. Christus ut erat verum sacrificium omniumque sacrificiorum corpus, ita & ipse ab omnibus imperfectionibus tam physicis quam moralibus in conformitate typorum suorum debebat esse liber ac immunis, scilicet ut non tantum hoc in casu inter typum ac Antitypum similitudo intercederet, sed & ipse hostia Deo tam secundum legem ceremonialem quam moralem grata esset, ab omnibus quippe defectibus legalibus immunis.

§. 3. Quæ rationes, licet non apodicticæ sint

sint, probabiles tamen sunt. Christū ex hypothesi nostra nunquam ægrotasse, neq; in genere morborum nobis assimilatum esse, nam sane si in eo nobis assimilatus esset, silentio supprimi non debuisset, sed conveniens fuisset ut quoddam ejus saltem exstitisset vestigium ex quo verosimiliter colligi potuisset, cum autem illud factum non sit. Evangelistarum silentium loco argumenti propemodum est, illud factum etiam non esse.

§. 4. Imò vero necessitas suberat, ut de hoc genere passionis informaremur, quia ejus notitia vel maxime pertinebat ad nos, siquidem omnes ejus passionēs tam corporis quam animæ Relativæ sunt ad nos & quatenus Relativæ hinc & satisfactoriæ & quia satisfactoriæ hinc & meritoriæ: si autem hisce morbis ut corporis *παθημασι* inest satisfactio & per consequens meritum, quomodo quæso absque notitia illud solatio cedere potest? & qua ratione absque informatione historica vel dogmatica fides de eo constare posset! jam autem ne apex quidem eatenus vel in libris historicis vel dogmaticis reperitur.

§. 5. Prævalida itaque conjectura est, Christum nunquam ægrotasse, licet morbos nostros in se suscepisset atque nobis in omnibus indigentis, infirmitatibus ac *παθημασι* similis factus sit excepto peccato.

B. Chri.

Christus nullo vitio corporis laboravit.

§ 6. Eadem rationes etiam evincunt, Salvatorem nostrum nullo vitio corporis externo vel quoad sensus, vel quoad membra laborasse, sed corpus omnibus numeris perfectum possedisse; Perfectum autem corpus est quod quoad omnes partes essentielles & integrales machinam hancce constituentem integrum ac completum est; ita ut neque supernumerarium, quid in eo abundet neque defectuosum quid ei adhæreat, neque ulla distorsio in eo conspiciatur, sed ut membra omnesque sensus absque ulla deformatione debito modo ac in debita forma & proportione inter se cohæreant.

§ 7. Hancce perfectionem prout Salvatore nostro tribuimus ob enumeratas in superiori observatione rationes quibus eum *αυτοσόν* fuisse probavimus, ita iisdem adhuc aliam rationem subjungimus à sacerdotibus typicis in V. Test. desumptam. Nimirum prout Lex immolandas absque ullo vitio volebat esse victimas, ita sacerdotes absque ullo defectu esse debebant. Synedrium enim certo loco ac tempore sedebat & iudicabat de sacerdotibus, junioribus in sacerdotum collegium adoptandis, an perfectiones inesse debitas haberent atque lætum celebrabat diem cum non inveniretur labe in femine Aaronis sacerdotis, neque hæc synedrii observantia ex libero quodam placito erat, sed
ex

ex lege Dei, quæ eatenus præscriptionem fecerat. Hæc autem lex vel maxime propter Christum, æternitatis sacerdotem erat data, atque in spiritu mysterii præsignificabat illum futurum sacerdotem non tantum sanctum, inculpatum, intaminatum & à peccatoribus separatum quoad animam, sed & nullo vitio laboraturum, quoad corpus, sive eum fore vacuum ac immunem ab omnibus defectibus tam physicis quam moralibus, tam corporis, quam animæ, tam externis, quam internis.

§. 8. Hoc argumentum à sacerdotio desumptum adhuc magis stringit, si cogitemus eum simul Israelis Medicum fuisse, qui tot humanæ miseriæ spectacula, quæ Medicorum omnium erant scandala, miraculoso modo sanavit, jam autem inconueniens fuisset, si ipse insigni aliquo membrorum aut sensuum vitio laborasset, neque tamen se ipsum sed alios curasset; potuissent enim objicere, Medice cura te ipsum ipsique exprobrari; Aliorum medicus ipse Ulceribus scatet, imo vero sacerdotes ac scribæ professi ejus hostes nulla majori cum specie miracula, ipsius ut sensuum ludibria & diaboli energemata traducere potuissent, quam hoc modo.

§. 9. Adde quod secundus Adam erat, qui à natis omnibus defectibus tam physicis, quam moralibus debebat esse liber ac immunis, nam cum primus Adam, quum primitus ex manibus Dei egrederetur, sanam mentem in
cor.

corpore sano ac incorrupto habebat, ita conveniens erat ut secundus Adam, qui omnia ea, quæ primus sua transgressione deformaverat pristinae venustati iterum restituere debebat, ipse non deformatus, ab utero esset, neque vitio aliquo naturali ac si Naturam novercam habuisset laboraret, & eo quidem magis, cum partus virgineus ex obumbratione Spir. sancti conceptus esset, quem oportebat esse venustissimum ac formosissimum: Et licet de Christi statura ac forma nihil quicquam literis proditum sit, verosimile tamen est eum non tantum nullo membrorum vitio laborasse, sed & staturam masculam ac formam Filio Dei dignam habuisse.

C.

De varia UNCTIONE Christi, tum quæ facta est à Deo, tum quæ facta est ab hominibus.

§. 10. Quod hebræorum Messias Græcorum Christus ab Unctione pariter descendant, atque Unctum significant omnibus, qui utramque linguam vel à limine salutarunt, notissimum est.

Ejusdem item evidentia Unctionis ratio est, quare Jesus Unctus vocetur, scilicet propter munus suum Mediatorium cum à Patre ordinatus ac præordinatus est, ut sit Propeta Populi sui ad illum docendum, sacerdos ad illum

illum expiandum, atque Rex ad eundem Regendum & ab omnibus hostibus vindicandum sibi que afferendum.

Id autem inter alia observari meretur, quod Unctio ejus non propria, sed metaphorica sit, spiritu quippe seu donis spiritus peracta quæ in scriptura Oleo & Unguento comparantur. Hæc Unctio tres distinctas habet periodos.

§. II. *Prima* Periodus in æternitate sive Consilio pacis quærenda est, atque Christi designationem sive Ordinationem ad munus Mediatorium indicat, quæ tanquam causa sine qua non salutis nostræ considerari potest, de qua ipse inquit, Prov. VIII. v. 23. 23. *à seculo Unctus* id est, præcognita ac præordinata sum.

Secunda periodus in tempore est, Partim in ejus conceptione ac nativitate, cum obumbrans Matrem spiritus partum donis suis simul implevit atque muneri suo obeundo sufficientibus instruxit, partim in baptismo quando per descendentem desuper Spiritum haut exiguum olei, hoc est, donorum ac virium accepit Auctarium. Hæc est illa Unctio de qua Es. XI. v. 2. LXI. v. 1. 2. coll. Luc. IV. v. 18.

Tertia periodus in ejus exaltatione est, cum post decertatam fortiter pugnam atque consummatum animæ laborem Sp. S. Unctus ejusque donis superfusus est. De qua Unctione Ps. XLV. v. 8. quæ oleo exultationis ob Amatam
 Class. IV. Fasc. V. LII Ju.

Justitiam facta, eique cessit in laboris præmii-
um. De qua etiam Ps. II. v. 6: & CXXXIII.
v. 3: qua Unctione Deus Pater ipsum Chri-
stum ac Dominum fecit, h. e. declaravit
Act. II. v. 36. X. v. 38. quo in actu Apostoli
sustinuerunt partim Personam Christi, partim
omnium fidelium Novi Testam. quod enim
in aliquibus membris fiebat, censebatur ac si
in Capite omnibusque membris factum fuisset,
quamobrem etiam hocce oleum primo
defluxit in Apostolos & per manum Aposto-
lorum in alios, qui sua copia succurrerunt alio-
rum inopiæ. Huc præprimis respicit locus
Cant. I. v. 3. & 12.

§. 12. Et hæc Unctio suas iterum habet Pe-
riodos.

Prima est in die Pentecostes cum per copio-
sam Spiritus Sancti effusionem, tanquam Rex
Ecclesiæ suæ declararetur coram Judæis &
Profelytis Act. II. v. 1. &c.

Secunda in die Conversionis Cornelii, cum
in Gentes etiam spiritus dona descenderent
atque coram gentibus demonstraretur quod
esset Unctus Ecclesiæ Rex Act. X. v. 38.

Tertia Tempore Constantini Magni cum
post decem gravissimas persecutiones exant-
lata à Matre sua, h. e. Ecclesia ungeretur quo
pertinet Cant. III. vs. 11. ubi mutata tantum
phraseologia ejus Unctio coronatio vocatur,
quæ duo sunt correlata atque æquivalentia, si-
quidem eo ipso quo coronatus etiam Un-
ctus est.

Quar.

Quarta Temporibus ultimis, cum regno ignorantiae, erroris, hæreseos, superstitionis, Idololatriæ, vitiorum, & ut uno verbo dicam fraudulentiae ac violentiae everso, omnes Universim Gentes cum Judæis ipsi nomen dabunt omnesque Reges gloriam suam in Ecclesiam inferent atque ἐπιβικειον Regni intonabitur ex Ps. VIII. v. 10. & Apoc. XIX, vers. 1. & seqq.

Hæc est Unctio ejus metaphorica, qua partim declaratus est, partim adhuc declarabitur quod sit Messias Unctus Rex Ecclesiae suae.

§. 13. Quo nomine Messias seu Christus duplex mysterium continetur, tum mysterium nostrae salutis tum mysterium sacrosanctæ Trinitatis, siquidem illa nomina se referunt illinc quidem ad Ungentem Patrem, hinc ad Unctum filium atque simul ad Spiritum Sanctum, qui vicem olei præstat, ut Basilius scite observavit.

§. 14. Huic triplici Unctioni metaphoricae à Patre factæ fortassis triplex respondet, quæ à matre, id est, Ecclesia peracta.

In historia Evangelica non legimus Christum à viris Unctum, sed à mulieribus. Verum quidem est, Josephum & Nicodemum exanime Christi corpus aromatibus condidisse, sed id non tam Unctio, quam pollinctura erat, quæ siccis peragebatur aromatibus, idque in corpore ἀψυχο.

ut Deus in Oeconomia salutis dignatus est, ut illis Mysterium Conceptionis ac Resurrectionis primo omnium manifestaret, ita eadem elegit ut ministerium Unctionis Christo viventi præstarent.

§. 15. Quæ prærogativa siquidem Mulieres à viris distinguit illisque quodammodo præfert, non ut insolescant, sed Deum reveantur, ita in hocce Unctionis actu, ut personæ Publicæ seu Repræsentativæ spectandæ sunt, Universam Ecclesiæ panegyrim omnesque fideles Repræsentantes. Et prout filius à Patre ad tria distinctim munera Unctus est, ita etiam ab hisce mulieribus ipsis licet insciis, neque tale quicquam cogitantibus.

Ad propheticum quidem per Peccatricem illam in domo Pharisæ, ide qua Luc. VII. quæ Pedes ejus Unxit.

Ad sacerdotium per Mariam in domo Lazari, de qua Joh. XII. v. 3. quæ identidem Pedes unxit.

Ad Regium ab Anonyma in domo Simonis Leprosi, quæ caput ejus unxit & quidem tam largiter, ut deflueret per totum corpus, de qua Matth. XXVI. v. 6. 7. & Marc. XIV. v. 3.

§. 16. Hæc observatio quia peregrina & longe petita cuiquam videri posset, ulteriorem indagacionem ac demonstrationem meretur, atque adeo probare necesse est 1. Quod tres distinctæ Unctiones sint, quas adduximus

mus

mus 2. Quod unaquæque harum unktionum specificam ad unumquodque munus habeat relationem. Primum, quod attinet, Evangelistarum unktiones bene distinguendæ sunt. Communiter quidem putatur, inquit Ferus, tantū fuisse unam, de qua quatuor Evangelistæ mentionem faciunt. Chrysoftomus & Theophylactus sentiunt tres Evangelistas Matthæum, Marcum & Lucam de una muliere loqui, Johannem autem de alia. Eadem etiam Augustini, Euthymii & Barradii sententia est. Ambrosius hæret vixque se ex hoc scrupulo explicare potest, adeo ut in fine dicat. Potest ergo non eadem esse ne sibi contrarium Evangelistæ dixisse videantur &c. Lib. VI. super Lucam. Origenes hom. XXXV. super Matthæum, ubi postquam multas Evangelistarum dissonantias adduxerat concludit verisimilius esse, quod non Una sed tres fuerint Mulieres, Una de qua Matthæus & Marcus, altera de qua Lucas quam & peccatricem nominat, Tertia de qua Joannes mentionem facit, quam & Mariam sororem Lazari nominat.

§. 17. Et sane res obscura est, inquit Ferus, certum quidem est quod Marcus & Matthæus de Una eademque muliere loquantur & quia unctio, cujus Joannes mentionem facit etiam Bethaniæ facta est & his ipsis diebus ante festum Paschatis instante Christi passione, verisimile est, quod eandem mulierem intelligat, de qua alii duo Evangelistæ scri-

psulerunt, quam & proprio nomine exprimit, quod alii non fecerunt. An autem hæc Bethaniensis Maria intra paucos hos dies bis Christum unxerit primo pedes ut habet Joannes, dein etiam caput ut Matthæus & Marcus testantur, & quod illic solus Judas hic autem omnes discipuli simul murmuraverint, aliorum sit judicium. Autumat itaque unam eandemque mulierem apud tres Evangelistas esse, quicquid sit de peccatrice illa ut scribit in Pass. pag. 11.

§. 17. Sed vero si circumstantias bene expendamus atque inter se conferamus non possumus non asserere, quod tres distinctæ unctiones sint, de quibus 4. Evang. mentionem faciunt, quanquam de mulieribus cum nullo velimus altercarier, an duæ an tres fuerint, atque adeo ut illud manifesto constet, necesse erit uniuscujusque Uctionis Circumstantias specificas expendere.

§. 18. *Primam* quod attinet de qua Luc. VII. illa sese à cæteris tam clare distinguit, ut fere oleum perdere videremur, si illud opere probare vellemus nam I. Persona ungens vocatur *Peccatrix*, non sensu communi ut nos omnes peccatores sumus, sed καὶ ἐξοχῆν secundum vim vocis quam habet in scriptura Evangelica 2. In *domo pharisei* facta perhibetur, cui Christus exprobravit, quod is id officii neglexerit, ut jam non dicam de Tempore, cum peracta sit secundo Muneris sui anno

anno, quæ specificæ temporis ac personarum circumstantiæ satis indicant hanc unctio-
nem à cœteris distinctam esse.

§. 19. Secundo plane verisimile est quod etiam distincta unctio fuerit, de qua Johannes ab ea, cujus Matthæus & Marcus mentionem faciunt, quod identidem ex comparatione personarum, loci, temporis aliarumque circumstantiarum haut obscure patet. Illa enim unctio, de qua Joannes mentionem facit, facta est in domo Lazari, de qua duo alii Evang. in domo Simonis Leprosi; hæc bi-
duo, illa sextiduo ante pascha, ibi tantum ungebantur Pedes; heic caput, fracto in-
super vasculo; super illa tantum murmura-
vit Judas, de hac autem conquesti sunt omnes discipuli, quæ omnia satis indicant, unctio-
nem, de qua Joannes ab illa de qua Matthæus & Marcus mentionem faciunt, fuisse distin-
ctam, quanquam ut supra diximus ratione Unctricis nulli litem movere velimus, forte enim eadem mulier fuit, quæ Christum Be-
thaniæ bis unxit; fortassis etiam duæ; quis dicet?

§. 20. Præmissa Unctionum distinctione jam probandum est, Unamquamque harum Unctionum specificam ad hæc tria munera habuisse relationem, primam quidem ad munus ejus Profeticum, secundam ad sacerdota-
le, tertiam ad Regium hoc opus, hic labor erit, sed faciamus periculum.

Primam quod attinet Unctionem, de qua Lucas, mentionem facit, ad munus Christi *Profeticum* referimus. Facta enim est cum adhuc in medio cursu muneris sui Profetici esset occupatus, de qua ut nobis quadantenus constaret in pedibus facta est; Pedes autem in scriptura sacra ad Profeticum munus respectum habent atque sub iis obitio muneris exprimitur Es. LII. v. 7. Nahum I. v. 15. Matth. X. v. 14. Act. XIII. v. 51. Rom. X. v. 15. cum itaque de Messia prædictum esset, quod non fixo loco sessurus sed in Medio populi sui ambulaturus foret Lev. XXVI. v. 12. ad muneris sui officia obeunda atque pedes ambulationis Instrumenta sint, hinc percommode ipsi pedes Ungebantur ad alacritatem & sedulitatem suam in functione muneris subindican-
dam. Potissima autem ratio in ipsius historia visceribus latet, partim in Pharisæi Murmure v. 39. cum apud se diceret, *si hic profeta esset sciret utique que & qualis sit mulier que tangit ipsum* partim in sequentibus, nam postquam Evang. hancce Unctionem Cap. VII. narraverat Capite VIII. protinus subjicit & factum est deinceps & ipse iter faciebat per singulas Civitates & Castella predicans & annuntians Regnum Dei & duodecim cum illo.

§. 21. *Secunda* ad Munus ejus sacerdotale fuit eaque facta est sexto ante Passionem die in domo Lazari, quod αβουδντορ significat, quales omnes peccatores propter reatum & corrupti-

ptionem sunt, quorum ille ut *vir signi* typum ac Personam in hoc actu sustinuit, atque hæc Unctio identidem in pedibus facta perhibetur, & specificam ad munus ejus *sacerdotale* relationem habuisse opinamur divina præscriptione in inaugurandis sacerdotibus nixi. Nimirum cum Deus Aaronem ad sacerdotium eveheret, jubebat Mosis ut *Pollicem dextri ejus Pedis* inungeret sanguine maectati arietis Ex. XXIX. v. 20. Lev. VIII. v. 23. 24. Sed dices, hoc leve argumentum est, nam & dicitur ibidem, quod dextram ejus auriculam pollicemque manus dextræ inungere deberet; fateor, sed id nihil præjudicat; sufficiat mihi illius unctiois tantum quoddam vestigium indicasse, quæ in omnibus convenire haut debebat, eo quod Christus sacerdos fuit secundum alium, quam Aaronis Ordinem.

§. 22. *Tertia* ad munus *Regium* fuit duobus ante Mortem diebus facta in domo *Simonis*, qui vivum ejus bonitatis ac potentiaæ erat spectaculum; sed non in pedibus, verum in capite, idque tam largiter, ut ipsum vasculum sub effundendo fractum sit, quam licet Christus ad suam sepulturam referat, non obstat tamen quo minus ad *Regium* ejus munus referri possit; nam cum sepeliebatur & hicce Unctiois Actus reiterabatur in corpore ejus, anima modo erat in gloria oleoque exultationis perfundebatur, atque thronum quasi præoccupabat, in quem humanitas suo tempore fo-

ret evehenda ac sublimanda, atque adeo quod in una natura factum est, in tota persona factum esse censendum est. Quamobrem etiam divina providentia cavet, ne unctio Mulierum succederet, siquidem jam alia unctio restabat propediem peragenda, quum longe excellentiori modo ungendus esset Spiritu sancto.

§. 23. Hæ ungentes Mulieres ut personæ publicæ considerandæ sunt totum Electorum Coetum repræsentantes, ita quidem ut si tres fuisse statuamus, prima fideles ex Judæis, secunda fideles ex Profelytis, tertia fideles ex Gentilibus repræsentarint, sin autem tantum duas, ut una, repræsentamen fidelium ex Judæis, ad quos profelyti referuntur, altera fidelium ex Gentilibus sustinuerit.

§. 24. Nec peregrinum est per mulierem universam fidelium panegyrim adumbrari, nihil enim in scriptura frequentius. Vide Es. XXVI. v. 17. LIV. v. 1. Joh. XVI. v. 21. Apoc. XII. v. 1. 2. XIX. v. 7. XXI. v. 9.

Sed nec impedit unctio actus, quod is per Mulieres peractus sit, siquidem per viros, ne muneri præjudicium fieret, fieri debebat, nam de Matre Christi h. e. Ecclesia dicitur, quod ipsum coronaverit Cant. III. v. 11. quare etiam dici non posset, quod Unxerit illum?

§. 25. Hæc sunt emblematica ac mystica, quæ Ratione Evangelicarum Unctionum B. L.

com-

communicare volumus, sin autem ea alicui minus placeant, ei hæcce tropologica eorum loco subministramus, quæ reliquit nobis Johannes *Ferus*, Cœnobii Franciscanorum olim Guardianus & in Cathedrali Templo Moguntia Concionator, in aureo suo de passione Christi libello pag. 15. 16. 17.

§. 26. Deinde & hæc historia totum statum Ecclesiæ adumbrat; Simon enim Leprosus, in cujus domo hæc facta sunt, quique audiens vel obediens interpretatur, Judaicum populum significat, qui primo verbum Dei audivit, ei enim commissa sunt eloquia Dei, habuit idem populus cum adhuc sanus esset, egregiam domum, in qua Deus libenter habitabat, congregationem scilicet fidelium tunc enim Deus in Juda notus erat; Leprosus autem factus propter incredulitatem suam, Judaicus populus ipse è domo illa ejectus fuit, sed domus ipsa mansit, imo major effecta est; ex synagoga enim Judæorum facta est Universalis Ecclesia Credentium.

§. 27. In hac domo sunt tria hominum genera; aliqui è morte peccatorum resurgunt, & convertuntur, hi signantur per Lazarum, alii in Laboribus vivunt propter externa, quæ tamen ipsa ad gloriam Dei ordinant, hi per Martham signantur, aliqui tantum Deo & spiritualibus vacant; hi sunt Maria.

Imo quilibet Christianus has tres personas gerere & in se habere debet; *primo* sit Lazarus
à pec-

à peccatis resurgendo & fugiendo, *Secundo* sit Martha in bonis se occupando. *Tertio* sit Maria in Ungendo Christum.

§. 28. Unguentum, quo Christus Ungi debet & vult primo fides est, non tamen quæcunque sed quæ optima est, nempe Christiana, debet autem & fides ex nardo confici h. e. debet habere fervorem, ut scilicet per Charitatem operetur, non sit adulterata per admixtionem errorum, sit plena, libram scilicet habens, ne in aliquo Articulo dubitet. Ungere autem Christo debemus caput, & pedes, id est, credere in divinitatem & humanitatem, hæc sunt, quæ Christo exhibere debemus in persona propria, cæterum nondum totum Christum honorasti, nam habet & Mysticum corpus, Ecclesiam scilicet, in qua ipse est caput, pedes autem omnes, qui in ipsum credunt.

Unguentum autem quo corpus Ungi debet est, charitas, de Corde bono & fide non fucata. Unge igitur & caput & pedes h. e. dilige Deum & proximum. Ex quibus B. L. decerpere potest, quæ lubet & quæ placent.

D.

Tria Christi Munera in Uno subjecto representata.

§. 29. Pontifex Maximus, prout sanctissima in-
to-

toto populo erat Persona, ita ut Vir typi ac umbræ considerandus, qui unus & solus tria Messiaë munera in Pontificali ornatu præostendit.

Pectorale, quod ex XII. Lapillis pretiosis nominibus XII. tribuum radiantibus constabat, quodque super pectus gestabat & alias Urim ac Thummim vocabatur, per quod Deum in rebus arduis ac difficillimis interrogabat, emblemata muneris Christi PROFETICI erat atque in sensu mystico denotabat eum magnum illum profetam fore, quem Deus Deut. XVIII. v. 15. & 18. excitandum prædixerat, in quem & Thummim Urim esset derivandum Deut. XXXIII. v. 8.

Pallium superhumerales quod in scapulis mediante sardoniche utrimque conjungebatur & cui identidem XII. Tribuum nomina insculpta erant quæque ea propter in humeris portare dicebatur, emblemata muneris ejus SACERDOTALIS erat, vi cujus Israelitas tanquam alis aquilinis à diebus seculi portaverat Es. LXIV. v. 9. & Universim omnia portat Heb. I. v. 3.

Cidaris, seu potius lamina vel bractea aurea in fronte ejus cui sanctitas Jehovæ incisa erat, atque in lege Corona dicitur Exod. cxxxiv. v. 30. emblemata erat muneris ejus Regii in ipsam post animæ laborem solenni modo conferendi, quando super Zionem Montem sanctitatis foret Ungendus Psal. II. v. 6.

Ita

Ita Unus & solus Aaron tria Messiaë mune-
ra in Pontificali suo Ornatu præmonstravit,
typum gerens benedicti nostri servatoris JE-
su, qui prout fuit verus Messias toties toties-
que promissus, ita etiã Unus & solus tria hæc-
ce Augustissima munera sustinet.

§. 30. Est enim *profeta* Populi sui & talem
se docendo & miracula faciendo & Sacramen-
ta instituendo demonstravit, si modo sacra-
mentorū institutio ad Munus ejus Profeti-
cum sit Referenda.

Est etiam *sacerdos* Populi sui & talem se de-
monstravit, cum se ipsum in hostiam fragran-
tissimæ fragrantiaë obtulit Ephes. V. v. 2. at-
que etiamnum pro illis intercedit Rom.
VIII. v. 34.

Est etiam *Rex* Populi sui, & talem se de-
monstravit, cum spiritum sanctum emisit at-
que donis ejus Ecclesiam implevit Pl. LXVIII.
v. 19. cum sceptrum ex Zione emisit atque
sibi Ecclesiam ex Gentilibus ac Judæis collegit
Pl. CX. v. 2. & in medio hostium regnat re-
gnabitque tam diu usque dum laborioso Re-
gno Mediatorio peracto regnum Patri
tradet, ut Deus sit omnia in omni-
bus. I. Cor. XV. v. 27. 28.

V.

Epistolarum ineditarum
vel à M. LUTHERO, vel ad
LUTHERUM scriptarum

ΔΕΚΑΣ.

A.

JACOBI MEIERI, (a)
Cos. Basileensis Epistola ad
LUTHERUM.

Dolet tam parum se posse conferre ad promotionem
Evangelii, & literarum. Necesitas concordiae ec-
clesiarum evangelicarum. Ejus quaedam impedi-
menta. Precibus Lutheri se commendat enixe.

GNade und Friede von Gott dem
Vatter durch unsern HERRN JESUM
Christum, wünsche ich euch, Ehr-
würdiger, Hochgelahrter Herr
und Vatter; Eueren Brieff an
mich

(a) Hic Jacobus MEIER, dictus zum Hirzen ab a. 1530.
consulatum gessit in Rauracorum regia. Epitaphi-
um ejus in templo Basileensi majori hoc legitur.
D. Jacobum MEIERUM, hujus urbis inclutae Consu-
lem prudentissimum consultissimumq; pietatis sanae cultu-
rem, ac promotorem primarium, omnis honestatis,
quod in ipso fuit, instauratorem diligentissimum lapis
sub-

mich, hab ich als für ein köstlich Kleinot behalten zu mir zum Trost, und zu einer Ermahnung, mich darnach zu richten, wie mich die frommen und hochgelahrten *Doctor Capito* und Herr *Martin Butzer* bey euch dargeben haben; wolte GOTT, das ich ein solcher wäre, ja ich wolte mich gerne von meinem HERRN Christo mit weniger bentügen lassen; Aber leider zu Forderung des Evangeliums und der Künsten, dieweil der Widerstand (wie euwer vätterlichen Lieb mehr dan ich erfahren) vast groß ist, werd ich oft schwach und hinlässig, und besorge, wo mich GOTT nicht besunderlich erhalte, (welches Beystand ich wol befinde) und ich von anderen, als etwa auch fühnehmlich von diesen zweyen theuren Männern *Capito* und *Butzer*, ernstlich getrieben würde, das ich noch unfleißiger wäre, wie wol

subjectus contegit. Commemoratu dignum est, cum ejus exuviae, postquam a. 1541. peste exstinctus esset, ad latus Joh. Oecolampadii & Simonis Grynaei, magnorum virorum, conditaessint, tribus illis saxis, sub quibus jacent, haec inscripta legi.

So ehr / gut / künst / hülffend in Noth /
Wär keiner von diesen dreyen tod.

Elogium hoc ei deberi, vel ipsa haec epistola te docet affatim, quam à Cl. *Isingio* (Vide suprap. 598.) mihi communicatam, ex ipso autographo a me, sicut & sequentes maximam partem, descriptam, tibi nunc exhibeo. T. d. H.

wol ich von meinen Herren über alles Zeitliche begehre fortzufahren, und nur mein ausgebetenes Pfund wol anzulegen.

Die Einigkeit der Kilchen ist uns hochnöthig. *Dan wir eine vereinigte Kilchen haben müssen, oder aber wir werden das Evangelium gar verlieren, und zu keiner beständigen Haushaltung kommen mögen.* Doch hat uns jetzt durch euch der liebe GOTT, solche Mittel fürgestellt, daß kein Gottesfürchtiger, der aus seinem Wort eine rechte Erkänntnis hat, weiters Bedencken tragen, und einiges Mißverständes oder Aberglaubens besorgen mag. Darum hertzlieber Herr und Vatter, hab ich nach mein klein Vermögen möglichen Fleiß ankehrt, daß unsere Eidgnossische Kilchen, einfältig, und ohn Beding mit warhafftigem Hertzen in die Artickel bewilligten, wie meine Herren ein ehrfahmer Rath hie zu Basel vor dieser Zeit, willig und entschlossen sind, und aber der Sachen zu gut bis anher vertzögert haben, wiewol unsere Predicanten bescheidet worden, daß sie der Concordie gemäß predigen, und die gegen Zeugnis verwerffen solten, das sie ohn das geneigt, treulich und willig thun. Wir wissen auch nicht anders, dan das fast wenig fürnehme Predicanten sind bey anderen Obrigkeiten, die nicht ein

Class. IV. Fasc. V. M m m wohl-

wohlgefallen ob der Concordie (b) und den Artickeln haben, deshalb, ob GOTT will, nicht viel Hindernüssen bringen sollen, ob schon nicht alle Oberkeiten bey uns oberländische Kirchen, mit ausgedrucketen Worten, noch zur Zeit, darinnen bewilligen. Es müsse seine Zeit auch haben, und durch die Prediger anderer stetten auch getrieben werden, als sie auch treulich thun werden, wie sie sich willig und geneigt erzeigt haben, dagegen aber viel Hinderniß fürfällt, der zeitlichen Regierung halber, als nemlich vom Hertzogthumb Saphoy; So muß man mit viel Kilchhörigen handeln, und viel Kopff vor wol berichtet werden, ehe dan ein beständige Concordi mag beschloffen werden; welches Zeit bedarff. Doch wird GOTT uns zum Frieden und etwan zum vollkommnem End helffen, dazu ich neben meinen Herren und Obern keinen fleiß sparen will, sintemahl uns täglich unter Augen läufft, der verderbliche Schad, so von dem Zanck erwachsen, und noch zuvor ist. Verhoff unserigütiger und barmhertziger Vatter im Himmel, werde seine Gnad verleihen, und uns zu glücklichem Ende helffen, wo wir ihn darumb ernstlich anruffen, an welchem aber bey mir nicht geringer Mangel ist, derohalben meine

(b) Intelligit illos concordiae articulos, qui Wittenbergae a. 1536. cusi sunt, de qua re ad hunc annum consule Hospinianum.

ne gar fleißige Bitte an euer Erwürde ist, für mich als euer Kind zu beten, auff daß ich in meinem schweren Ampt meinem HERREN Christo getreu erfunden werde. Dan warlich ich getröst mich euers Gebäts gegen dem Allmächtigen zu geniessen, auff daß wie er mir und anderen die Erkäntnüs seines Sohns durch euch mitgetheilet, daß er also uns werde durch euer täglich Fürbitte erhalten und fortführen. Bissher hab ich verzogen zu schreiben, dieweil mit andern Kilchen noch nicht gehandelt war. Das aber nun beschehen, soviel auff diese Zeit hat seyn mögen, meiner Hoffnung nicht gar ohne Frucht. Hiemit sey ewere Liebe dem Allmächtigen befohlen, welchen wir auch treulich mit unserer Gemeine für eure Erwürde bitten wollen. Geben zu Basel, den 7. Oct. a. MD XXXVI.

B.

M. LUTHERI (a) ad præcedentem Epistolam responsio.

Lutheri votum pro concordia ecclesiastica. Ejus quædam media. Moderationem in suggestibus commendat Theologis. Dolet se affligi calculo.

GNad und Fried in Christo. Ehrbar, fürsichtiger, lieber Herr und Freund. Ich
M m m 2 ha-

(a) Has quoque literas, ex illo exemplo, quod hic Me-

habe euere Schriffte samt anderen, auch der Aidgenossen beygefandte Schriffte, alles empfangen und vernommen, habe auch fast frölich und gern euern Fleiß und Ernst, das Euangelium Christi zu fordern vermerckt, GOTT der Allmächtige gebe hinfort mehr und weiter Gnade, damit wir allesamt in rechter lauter Einigkeit und gewisser einträchtiger Lehre und Meynung zusammen stimmen, wie S. Paulus sagt, daß wir alle sollen mit einerley Hertenzen und einerley Mund preisen, GOTT den Vatter unsers HERREN JESU Christi, dazu einander vergeben und NB. VERTRAGEN, wie GOTT der Vatter uns vergibt und verträgt in Christo JESU.
Nun

Megalander manu sua consignauerat, primum vulgo. Idque eo lubentius, quod ex iis discas, qua ratione tam diu concordiae Ecclesiarum Evangelicarum optatum opus, quod nostris rursus diebus nonnulli, quibus corde meliore luto fictum est, moliuntur, sibi cordi voluerit esse D. Lutherus, & quam longe abfuerit ab illorum moribus, qui tum demum se partibus suis rite defunctos esse arbitrantur, si vel scriptis suis, non atramento, sed felle Draconum, & sanguine exaratis viperino, in nonnullis a se dissentientes acerbissime, atque amarissime insectari, vel Cathedras concionatorias, quas ambores vocant, tanquam theatra, in quibus virus suum ac malefanos affectus explicent, stentoreis clamoribus implere, & inter imperitam plebem discordiae funestissima femina spargere possint. Degeneres sane magistri sui discipulos, atque indignos, quo tantum se efferunt, *γυναικας* Lutheranorum nomine! Sed dabit Deus his quoque finem. T. d. H.

Nun ist es nicht wunder, nachdem wir im Fleische noch leben, daß vielleicht beydes, bey den unsern so wol als bey den eueren, welche Argwohn möchten hafften; Sinte-mahl wir über dieser Sachen nicht schertzs oder schimpffs-weise, sondern mit Ernst aneinander gesetzt und getroffen haben, als die über keinem Spiel, noch leichtfertiger Sachen zu thun und uneins geweest sind. Das hierinnen noth sey wird neben Christlicher Liebe Pflicht, der Streiche und Schmerzen zu vergessen, und so viel desto ernstlicher wiederum zur Einigkeit zu trachten, es sey mit Gedult, Sänfte, gutem Gespräch, und womit es seyn kan und geschehen mag, sonderlichen aber mit hertzlichem Gebet, zu GOTT dem lieben Vatter, der aller Einigkeit, Trosts und liebe Vatter ist. Derhalben ich wiederum aufs (b) hertzlichste bit-

Mmm 3 te,

(b) Conferri cum his merentur, quae Lutherus eodem hoc licet moriente anno, super hoc negotio ad Helvetios scripsit. *Amanter itaque M. V. rogo, serio dent operam, quo tam apud vos, quam apud vestros, VOCIFERATORES ILLI, QUI ADVERSUS HANC NOSTRAM CONCORDIAM DEBACCHANTUR, à suis clamoribus abstineant, populumque simpliciter doceant, & hoc totum concordiae negotium illis curandum relinquunt, qui ad hoc vocati & idonei sunt, neque illud impediunt; ut & nos vicissim tam in scriptis, quam CONCIONIBUS tranquillitati & moderationi omni operam dabimus, & ab ejusmodi CLAMORIBUS adversus vestros temperabimus, ne ullam*
im-

te, wollet bey den eurigen treulich anhalten,
 und helffen, das sie allesamt wolten helffen
 die Sachen stillen, glympffen und zum besten
 fodder. Es soll an uns auch nicht mangeln,
 und wir thun auch weidlich dazu, lassen uns
 nicht bewegen allerley Schrifft und Rede,
 und ist auff unser NB. Kantzel und unter dem Volck
 alles gar still, allein das die euren nicht die
 ruhende Vögel scheuchen, sondern auch
 zum Friede mit uns treulich helffen. Die
 Sache wird sich nicht in uns schicken, son-
 dern wir müssen uns in der Sache schicken.
 So wird GOTT, der solches anfähet, auch da-
 bey seyn, und gnädiglich volfüren. Hiemit
 GOTT befohlen. Amen. Grüßet mir Eur.
 Joachim Vadian und D. Wolff Capito. Ich ha-
 be itzt nicht können allen schreiben. (c)
 Dan ich heute den gantzen Tag an dem lei-
 digen Calculo liege; ein unnützer Mensch.
 Sonnabends nach Valentini. 1537.

Martinus Luther. D.

Inscriptio hæc erat.

Dem Ebrbahren fürsichtigen Her-
 ren Jacob Meyer, Bürgermeister
 der Stadt Basel, meinen lieben
 Herren und großgünstigen Freund.

*impediendae concordiae occasionem praebeamus, quam
 & nos ex animo videre cupimus, ejusque promotionem
 Domino vovimus. Nam NB. CERTE SATIS A-
 BUN.*

C.

Martini LUTHERI Epistola ad
Wolfgangum Fabricium CA-
PITONEM.

Valde indigne fert rumorem, de sua cum Theologis
Argentinesibus discordia. Testatur sibi placere
nuptias sacerdotum & monachorum. Consilium
de abjiciendo cucullo exponit. Aegre fert epistolas
suas vulgari.

GRatiam & pacem in Domino, nisi tam
constanter tu Bucerusque tecum, opti-
me Fabrici, assereres esse aliquot, qui
jactent vestra studia a nobis damnari, plane-
que nos dissentire, paratus eram hæc tribue-
re suspicionis imbecillitati ob diuturnum no-
strum silentium, cum idem referri à fratribus
illis ad nos profectis, vix ante triduum, cum
acciperem has vestras literas, audire. Et
quamvis sic in vobis Christus regnet, & ni-
hil vobis sit timendum jacturæ sive dissentia-
mus, sive damnemus nos vestra, tamen ni-
hil mihi molestius est, quam hoc audire sic
jactari discordiam nostram, cum sit summa
M m m 4 con-

*BUNDE FUIT HACTENUS CLAMORUM &
digladiationum, si is aliquid promoveri debuisset. Haec
Lutherus. T. d. H.*

(c) Ex his verbis colligo hanc eam esse epistolam,
cujus Hospinianus meminit Hist. Sacr. T. II. pag.
156. b.

concordia & unitas spiritus sincera atque perfecta. Quia ego soleo dissimulare & celare, quantum possum, ubi aliqui nostrum vere dissentiunt a nobis (quales multos jam agitat, nescio quis spiritus) quanto minus mihi hoc scandalum & injuriæ genus in Christianam concordiam, & spiritualem pacem ferendum est. Quare nisi essem nimis occupatus, non dimitterem, quin publico scripto testarer & illorum susurrorum mendacium, & nostrum candidum consortium in re Christiana. Mirifice placent nuptiæ sacerdotum & monachorum & monialium apud vos. Placet appellatio maritorum adversus Satanæ Episcopum. Placent vocati ad parochias. Quid dicam? nihil dein audivi, quo non gaude-rem maxime in vobis. Tantum pergite & prospere procedite, ut & vos doceat mirabilia dextera vestra, & populi sub vos cadant in corde inimicorum Regis. Quin ego jam fatis arbitror his annis indultum infirmis. Deinceps, quia indurantur de die in diem, liberrime omnia sunt agenda & dicenda. Nam & ego incipiam tandem cucullum (a) abjicere, quem ad sustentationem infirmorum & ad ludibrium Papæ hæctenus retinui.

Si-

(a) Implevit hoc promissum suum Lutherus, utpote, qui 5. circiter mensibus postea d. 9. Oct. cucullo exuto, veste, quali concionatores utuntur, indutus incessit, postquam e coenobio suo jam omnes fratres. præter Priorem discesserant. T. d. H.

Sinamus mortuos sepelire mortuos suos, cæci sunt, & duces cæcorum. Puto autem vanissimum hunc discordiæ nostræ rumorem ex epistola illa ad te mea toties jam excusa, & nunc etiam vernaculo ornata, natum esse, quæ res me pæne deterret à scribendis epistolis, cum videam sic eas rapi me invito ad præla, cum inter amicos multa liceat, & oporteat liberius scribere, quam expediat in vulgus spargi. Eras autem & tu tum alius vir, & aulæ servus. Nunc autem Christi libertus & servus Evangelii, totus meus, & ego totus tuus. Saluta mihi in Christo M. Bucerum cum uxore & prole & omnes illos maritos novos, præsertim Hedionem. Salutatur ecclesiam vestram nostra ecclesia. Gratia vobiscum. Wittembergæ. 1524. die Urbani.

Martinus Luther.

*Excusa me, quod Bucero & aliis non respondi.
Scribam alias liberior & majore ocio.*

D.

*Ejusdem ad Eundem epistola, qua
de DECIMIS agit.*

Gratia & pax in Domino. Submonuit me Philippus noster, mi Fabrici, ut de *Decimis* meam sententiam tibi aperirem,
Mmm s cum

cum vulgus isthic audiatur recusare velle. Mihi sane decimæ videntur esse omnium longe justissimæ, ut quæ divinis testimoniis & ab origine mundi pene fuerint, tum etiam æquissimæ, ut quæ tantum crescant ac decrescant, quantum fert terra de benedictione Domini. Quare omnibus modis agendum est, ut Decimæ maneant salvæ, ut sit quod Magistratibus & Principibus pendatur. Hoc agant potius, qui contra decimas pugnant, ut census redempticii & alia id genus gravamina, qui orbem exagitant aboleantur. Atque utinam omnibus aliis censibus aboletis, non solum Decimæ, imo Nonæ, aut octavæ maneant. Quin Aegyptiis quinta dacia, tamen vivebant. Nos nec Decimis vivere possumus, tantum sæviunt alii census & gravamina. Sic sentio, & te oro, ut juves alios idem sentire, ne vulgo permittatur licentia talis. Saluta omnes & orate pro me. Vittenbergæ Fer. 4. post Barnabæ a. 1524.

E.

Ejusdem ad eundem & Collegas
Epistola.

Lutherus Capitoni, Hedioni, Bucero,
S. in Christo.

Mitto ad vos Charissimi viri nostram exhortationem ad Senatum & invitus mit-

mitto. Scio enim illam indignissimam, quæ a vobis legatur. Sed quia vos putatis & nostras quoque nugas esse aliquid, malui vobis gerere morem, quam peccare contra charitatem. De eruditione, sicut videtis, nihil possumus polliceri: At de constantia, quæ ad fidei confessionem attinet, Christo duce, nihil non pollicemur vobis. Rogo itaque vehementer vobis etiam atque etiam persuadeatis, nos tres officio nostro defuturos nunquam. Bene valete, & pro ecclesia nostra orate. Cæterum omnia recte habent. Evangelion audietis ex D. Sturmio, quem fortassis intra horam Salutabo. Francoforti 1. Jan. Lecta exhortatione curate ut supprimatur.

Vester Servus M. L.

F.

M. Lutheri epistola ad Casparum (a) quendam.

Dehortatur Schvvenckfeldium à Schvvermeris. Adhortatur ad patientiam. Consilium dat, quomodo se gerere debeat, quando publicus Dei cultus interdictus est. Baptizare licet in domibus. Sententia Lutheri de Baptismo Pontificiorum.

Gnade und Fried in Christo. Hüth euch, huth

(a) Non dubito, quin hic sit notus ille Caspar Schvvenckfeldius, Lutheri primum amicus deinde adversarius.

hüth euch, mein L. Caspar, vor den Schwermern, das ihr ihrer gar müßig gehet ihres Amts, wie ihr selbst anzeigt, auff das ihr nicht theilhaftig werdet ihrer Plagen. GOTT hat schon zweymahl gestrafft. Erstlich unter dem Müntzer. Jetzt unter dem Zwinglin. Ich besorg Augspurg werde schwer ihren Theil auch haben, könt ihr nicht anderst, so thut wie die Juden zu Babel gefangen, welche auch musten ohne Tempel, ohne Gottesdienst, ohne Brauch ihres Mosis, allein sich am Wort benügen lassen 70 Jahr lang. Dan es ist noch nicht zu raten, das ihr soltet ein eigenes in Winkeln anfangen; Erduldet solche Anfechtung, und tröstet euch dieweil mit lesen und lehren des H. Worts, und wünschen und beten, wie Daniel zu Babel gegen Hierusalem bethet. Also auch ihr begebend das Sacrament mit Seustzen, bis GOTT darinnen sehe. Mit der Taufe hats nicht so groß Mangel, bat man doch wol unter dem Bapstum in Häussern taufft, darumb kont ihr daselbst noch wol tauffen und beten, wie in der Kirchen. Eben so kont ihr Ehe einsegnen in Häusern, wie man sie doch sonst vertruert, und wan es sonst nicht anderst sinkunt, und ein Rath solches tauffen verböth, so wolt ich ehe von Papisten nehmen, mit bedingen, das wir ihre (b) Tauff wol recht

(b) Exinde colligas, quatenam Lutheri sententia fuerit

hielten, aber nicht ihren Glauben und Lehre
in andern Stücken. Die Schwermer haben
kein Tauff, noch Sacrament. So viel jetzt in
Eyl, dan ich über die Massen beladen bin,
Hiemit GOTT befohlen. Amen. Jan. 3.

D. Mart. Luther.

G.

M. Lutheri Epistola ad Mart.
BUCERUM.

Comitatur his literis suam ad Helvetios missam episto-
lam. De valetudine sua conqueritur. Sententia
de confessione Helvetica, & Tetrapolitana. Bu-
genhagii successus in promovendo Evangelio in
Dania.

GRatiam & Pacem in Christo. Respon-
dendum mi Bucere, Helvetiorum lite-
ris, quas Smalkaldi reddidisti. Excusabis
moram meam, ut qui scias mihi cadaveri
præter morbos & senectutem per se pigro
& frigido impositas esse curas ecclesiæ no-
stræ, & causas multas cum molestissimas
tum odibiles, ut non dicam odiosas. Exem-
plar autem mitto ad te, ut clavum habeas i-
stius navis gubernandæ. Nam in te rursus
re-

rit, de illa controversia, quæ de pontificiorum
baptismo nuper in illustri quadam aulâ inter ce-
leberrimos Theologos agitari coepta est. T. d. H.

rejeci omnia & in Capitonem, cum non esset alia ratio, tam amice & suaviter scribendi, dum vos ipsi duo mihi argumentum difficile fecistis; significantes quam sint isthucad-huc aliquot Concordiæ iniqui, in quorum manus vel notitiam has meas venturas esse suspicandum omnino fuit sed tu omnia facies pro dono Dei tibi dato. Ego certe simpliciter & candide scripsi. Latinam Helvetiorum confessionem paulo minus probo, quam Germanicam civitatum præsertim in Sacramento altaris. Cætera satis placent pro hoc tempore. Saluta mihi reverendum D. D. Capitonem & omnes vestros. Non possum singulis respondere. Pomeranus adhuc est in Dania, & prosperat omnia, quæ facit, Dominus pereum. Regem coronavit & Reginam, quasi verus Episcopus. Scholam instituit &c. Vale in Domino. Ipso die S. Nicolai anno Domini. 1537.

T. Martinus Luther.

H.

Martini Lutheri Epistola ad W.
Fabr. Capitonem ex auto-
grapho.

Hortatur ad obeundum fideliter munus Pastoris. Status miser ecclesie Argentinensis.

S.

S. Quod mihi nuper scripseris nondum teneo, quia uxor nondum venit ad nos, quæ tuas accepit ab Argentina, sed ut spero propediem aderit. Oro Deum ut bene valeas, & munus tuum diligenter obeas. Quid non est cursitare, monere, sollicitare omnem lapidem, & doctius & spiritualiter, hoc est, *γενικῶς* omnia interpretari & docere, omnibus benefacere; Sed id potissimum puto, ut ipse pastorem præbeas prudentem & artificiosum, non in tua ecclesia solum, sed in ipsis pastoribus, quos doceas, ducas, incites, corrigas, & ipse in omnibus prudenter & patienter pergas. Nec id solum, ut vulgo passim solent magnificis & grandibus verbis, sed Argentinæ, qua in urbe mirum est, quam ferveant & langueant omnia, quam omnia sint corrupta & vitiata cum cauda, tum capite. Ubi maxime opus est vigilantia, prudentia, constantia, sinceritate. Verum scio, nosti melius hæc omnia, & facis, quam quispiam tibi possit perscribere. Perge ergo in Domino & fortiter & *ἀναλυπῶς*. Precor ut certiores me facias, si quid peccet meus Martinus, (a) ut obsistere possim & ipsi. Deinde oro ut sine tædio facias id, quod summa cura & humanitate soles erga omnes, mihi autem plus, quam dici possit. Si quid certi habes ex comitiis item cognoscere cupio, quæ

(a) Credo innuere Martinum Bucerum.

quæ scribant in officina Wendelini. Non
 possum aliud scribere ad ea, quæ nuper scripsi-
 sti, quia nunquam legi. Oro parochiam cu-
 res, & ut cepi male, tu melius pergas. Et
 si non hoc modo, alium quærito. Qualiter
 apud vos pestis sæviat, scire desidero, &
 quomodo se habeat Comes meus; dicitur
 laborare vehementer. Saluto te & domum
 & ecclesiam & omnes in domino, & quando
 Bucerus sit affuturus significa. Vale. Te
 DEus augeat & seruet; & tuum studium &
 nostram curam provehat animarum, 20. Ju-
 lii (b) anno 41. Wolffachii.

Tuus Martinus. (c)

I.
**W. Fabritii CAPITONIS ad M.
 LUTHERUM epistola. (a)**

Judicium Erasmi de libro indulgentiarum Lutheri.
 Monet Lutherum, ut causam suam agat moderati-
 us. Pericula, quibus expositus est, recenset. A-
 postolorum in causa sua tuenda prudentia. Liber
 Sylvestri Prieratis contra Lutherum. Quomodo illi
 respondendum. Melanchthonis laus. Egrani li-
 ber. De eo Erasmi judicium. Eccius scripsit con-
 tra Carolo stadium.

S. Proximis tuæ charitati ex Argentina re-
 spon-

(b) Eodem anno 1541. Capito d. 4. Oct. peste obiit.

(c) Non ausim asserere hunc esse Lutherum, licet exem-
 plar, ex quo descripsi, id innuat.

(a) Pars hujus epistolæ valde commemorabilis in Scult.
 Ann. pag. 32. legitur, & a Seckendorffio laudatur.
 L. I. p. 176.

spondi, simul addens de te iudicium Erasmi, quam videlicet honorifice, quam candide tuam Veniarum istam disputationem miratur. Interea temporis vidi concionem tuam de pœnitentia & alteram de condonationibus. Utramque contra receptos hujus ætatis mores apertis signis militantem. Obstupui de amici salute anxius, qui densis hostium turmis ita nudum objicis latus, quamvis instructissimus videre armis veritatis. Tu tamen longe aliis, male metuo, impugnaberis, & periculum est, ne vi res geratur. Quod si ex fide consulenti aures dare dignaris, expertus moneo, Sertorii causam amplecteris. Crede mihi carptim facies, quod viribus ne labefactare quidem potuisses. Arcem, ut vides, undique munitam occupant. Triplici vallo septi velut extra tela, quod dicitur, stertunt; auctoritate Pontificia, hoc est, universalis ecclesiæ, potentia Tyrannorum, & omnium Scholarum pertinaci consensu. Profecto triplicem hunc Cacodæmonis funem crassissimum, haud facile unquam rumpes. Opus est Alexandro quodam ceu Gordia vincula gladio confidenter dissolvente. Ingenio, aut ratione fieri, difficultas est. Piorum simplicitas a nutu & renutu pendet fictitiæ ecclesiæ. Argutioribus animum tyrannis adimit. Porro qui omnibus majorem Sanctimoniam, peritiamque Christi venditamus Theologi supercilio nostre committimus

Class. IV. Fasc. V. N a n Chri-

Christum, religionis omnes invehimus sordes, prætextuque pietatis nostrum probe dispendium curamus. Proinde ne in irritum conatus iste egregius vergat, obtexas oro, quemlibet fucum, quo hamum queas infigere citius Lectori, quam sibi putet insidias fieri.

Sic Apostoli nihil subito, nihil sic aperte urgebant. Ubique decorem & humanitatem custodierunt. Per quos enim Paulus ingreditur cuniculos in epistola ad Romanos, quid non facit, quo gratiam apud eos tueatur? simulat, dissimulat, inducit, educit, ostendit procul divitem suppellectilem, continuo celat, prorsusque sic sermonem librat, ne vel odium vel fastidium suboriatur. Ejus ingenii exemplis Acta Apostolorum redundant. Sic D. Paulus in tumultu similis tergiversanti respondet; Non dicit, nihil loquor contra legem, sed de resurrectione judicor, interea reddens de observata lege rationem mira dicendi prudentia. Siquidem obliquo ductu magnæ res secure conficiuntur. Quam vellem semper aliquam fenestram servares, quo effugias, vel disputatione vexatus. His diebus a Rhoma libellum Sylvestri de Pryoratis accepi, quem satis inepte in tuas venias edidit. Cui si respondendum, prudenti velim id fieret oratione, atque veram Christi ex Evangelis imaginem præbeas. Natam & auctam religionem, consuetudinem priscorum, rationem indurati erroris, & variata Pontificum,

gisset. Joh. Eccius in Andr. Carolstadium scripsit. Non æquis iudicibus disputabitis, quantum potes annitere, in tuto nos loces. Rescribo Eccio multa libertate per privatam Epistolam. Hunc enim diem ob nundinas cum nocte scribendis literis largior, utinam tam utilibus quam cupiam ex animo optimum quemque salutare meis verbis, tanquam nominatim iussus esse. Vale Basileæ II. Non. Sept. A. M. D. XVIII.

T. quem nosti.

K.

EJUSDEM ad EUNDEM
epistola.

Eccii Epistola Theologi Colonienfes. Status causæ Lutheri illius temporis. Diversa hominum de eo iudicia. Dialogus in Hochstratanum, Hieronymus Aleander & Eccius perstrieti. Murneri libri contra Lutherum-Moderationem commendat. Res Evangelii non armis tractanda est. Timet de meliori Reformationis successu, Commendat pacis studium.

S. Comminatus es, ut audio per amicos sæpe numero, at malum inerudescit indies, tota vis mali rupto ulcere aliorum erumpet. Res agitur aliena quadam violentia, sed humana partim est, nihil mirum, siquid humani spiritus habet, ejus Comes erit, qualis humana comitatur. Eccius triumphantem epistolam

epistolam Coloniam scripsit, qua ja-
 etat, quantum Lypsiae successerit Christi
 negotium, sic enim vocat suas sycophantias.
 Infestius nihil vidi, quam illic sophistae sunt
 barbari, stulti, ἀθεοί, ἄμυστοι, sine literis,
 sine gratiis, sine fide, imo prorsus expertes
 humani ingenii. Classicum dedisti tuba to-
 ties, & Hutterus nobiscum cecinit Bellicum,
 mox armis periclitaturus. Tibi, opinor,
 isthic tuta praesidia, nec nostrum ver perfu-
 gia destituent. Adversarii fortissimis muni-
 mentis & castris & vallo septi, pecuniis ar-
 mis, satellitio amplissimo freti. Stat a parte
 tua populi quaedam consensus. Non mini-
 ma vero facit cum Rhomanistis, Hui, cla-
 mant, quae haec rerum deformitas a praeis
 decreta in dubium vocare impune privatum
 homuncionem! Vicissim saniores, quanta
 impietas dogmata Christi extinguere huma-
 nis decretis: Quorsum haec? nimirum huc,
 quod omnia dissideant gravissimo tumultu,
 qui, quorsum vergat, incertum. Sunt, qui
 verentur, ne ista turbata omnis imago pietatis
 oblitteretur. Nam tua forte sinistre, ut fit, ac-
 cipiunt. Lusit quidam Coloniae dial gum
 quendam in Hochstratum, perstrinxit Ec-
 cium & Aleandrum incendiarium librorum,
 & me quoque non nihil adpersit, forte non
 admodum volentem, certe dissimulantem,
 Eccius Coloniam rescripsit furias. Alean-
 der tacite decoquit indignitatem, pronunci-

ans jocos non satis falsos, idcirco notatus est
 acri epistola, carmine non omnino pessimo,
 deinde altero quodam doctiore & multum
 fellis habente. Me infense observat homi-
 nem, ut scis, pacis & tranquillitatis obser-
 vantissimum. Exussit enim Coloniae libros
 tuos magno successu, sed me absente infeli-
 cissime tentatur, multo infelicius consumma-
 tur. Exsibilatur a populo, ceu Judæus, qui
 prætextu religionis sit Mosis gloriam illustra-
 turus, quasi parum Christianus sit, qui ex Ju-
 dæis est Christianus hac tempestate. At po-
 pulus diversificatur. Ignominia combustionis
 multos absterret, rursus multos exacuit in
 odium Romanensium. Thomas Murnar 2.
 libellos vernacula lingua edidit inde, sed locis
 hæret omnibus, valde tamen populariter, hoc
 est, ex stomacho Romanensium suorum; ni-
 græ famæ est, sed exercitæ linguæ, & qui
 multum currere soleat extra viam, quod
 vulgus insipidum & obscurum non animad-
 vertit. Video futurum, quod semper timui,
 ingenium tyrannicum, caput fore negotii, &
 omnia illos acturos vafre per cuniculos præ-
 terituros, supra hominem ex Adamo geni-
 tum, citra leges consistere. Olfacias, quæ
 reticeo, revoca mentem ad priora tempora,
 & perpende, quod cruenta bella excitavit
 cruenta Tyrannis. Cupio reflorescere Chri-
 stum, armis an patientia reflorescat, com-
 pertum habes. Nata est religio; aucta est,
 fir-

firmata est, ab innocentibus, ab imbellibus, tolerantia gladios furiosis e manibus excusserunt inermes. Quæ vero gens ab hoplomachis cruentis candidam religionem suscepit, non observavi. Quamquam haud ignorem veterem legem, cui nos videmur permississimi, assertam esse manu sapius. Et a nostris tentatum interdum, non dico, quam feliciter, neque quam pie, quia interim decrevit res nostra. Idcirco vehementer deterrere deditos tibi significantia præsidiorum & armorum, etiamsi intelligam forte rationem consilii tui. Quæ apud me prope alia est. *Nam quod alte hæret non semel evellitur, sensim est & subinde labefactandum, ut tandem sequatur trahentis manum.* Nunc vero rebus semel commotis, quæ facies rerum, qui motus, quot incertos æstus, nemo non videt, nisi qui non viderit naturam perturbatæ multitudinis. Quare nullam video superesse spem salutis, nisi quieto animo, liberi morbis terris, utrinque coieritis & alteri alteris quippiam concesserint. Si malum fuit commovendum, nunc iterum sedandum esse arbitror. Novare omnia in novam faciem agnus ille potest; nos vero turbare omnia facile possumus, non autem in nobis situm videtur placare turbata, quod humiliter ut dixi divino afflatu conandum, id efficiet, si visum, forte Christus; id ipsum videt, quod nos vix cogitatione apprehenderimus. Inge-

nue fateor tibi, Frater Charissime, quod
 semper magis ac magis de negotio addubito;
 neque id injuria. Perspicuum enim est ex
 usu rerum, quam facili momento, vulgus
 vertatur, modo velit optime, mox pessime.
 Non dico negotium Christi intermitterdum,
 sed condonandum crassiori plebi multa. Sunt,
 quæ dicis, quædam necessaria Christiano,
 sunt quæ nominatim ignorata ex prioribus
 suapte sponte intelligerentur. Quarum re-
 rum notitiam recentem tenes, utpote instru-
 ctissimus sacris & pro Castris quotidie pro-
 pugnans cum hostibus. Repone animum in
 cogitationem nostræ imbecillitatis, lacte pa-
 stos inidoneos non cibo solidiore; ne extin-
 guas nimia sedulitate plebejam devotionem,
 ne prædica per contentionem, sed per cha-
 ritatem verbum Christi. Omnia hæc quam
 stulta sint scripta cognosces a (a) Coena, cu-
 piente videlicet optima Luthero & optante
 pacem, conanteque rem ad concordiam pro-
 viribus perducere, neque dubito, quin idem
 tibi sit animus, quem permittere hæctenus
 noluerunt adversarii, quorum finis interitus,
 siquidem ex contentione natis, si quidem
 conflatis ex fucis, Sycophantiis, imposturis.
 Orandum est, ut sit pax in diebus nostris, per
 Jesum Christum, in cujus nomine perpetuo
 va-

(a) Ita scriptum erat in Apographo. Sed puto scri-
 bendum esse *Capitone*.

valeas, Christianissimum pectus, & cor meum.
Mogunt. prid, Non, Dec. *Anni XX.*

T. Capito.

L.

EIUSDEM ad EUNDEM

(a) epistola.

Lutherum ad moderationem compellit. Exemplum Christi ob oculos ponit. Suadet, ut sepositis affectibus agat. Neque se induci patiatur, ut liberius æquo Magnatum vitia taxet.

S. Persuasum est vulgo præsertim ab initio causæ tuæ, quod incitatus amore pietatis, ad eam arenam, in qua nunc insistis, concesseris. Neque quidquam est plausibilis, N n n 5 quam

(a) Ut scopum ac sensum hujus & sequentis epistolæ cognoscas, consule Scult. Ann. Dec. I. pag. 96. sqq. Seckend. L. I. p. 175. sqq. I. H. Maji hist. Reform. p. 74. sqq. Literæ Lutheri ad Albertum, Cardinalem, Archiepiscopum Moguntinum & Magdeburgicum leguntur in Opp. Luth. Jen. Germ. T. I. p. 556. Wittenb. Lat. T. II. n. 12. Aldenb. T. I. fol. 925. sq. Hujus autem ad Lutherum lenissima responsio apparet in Jen. Germ. T. I. p. 557. Opp. Witt. Lat. T. II. n. 13. Aldenb. T. I. p. 927. sq. & L. II. Epist. p. 37. sq. Scripta autem illa fuerat ex consilio & stylo Capitonis, qui ejus a consiliis & concionibus erat. Quid autem Lutherus & Electori & Capitoni regesserit anno sequenti 1522. d. 17. Jan. operæ pretium est, ut cognoscas ex ejus epistola, quæ L. II. Epist. p. 36. sqq. &

quam videri agere citra humanum affectum, a quo Christi placita longe lateque dissident. Verum indies pugna magis atque magis incrudescit, & videris, quod pace tua dixerim, impotentius agere, velut oblitus officii & professionis. Qua ratione multi a te desciscere fatentur etiam amicissimi. Et haud paulo iniquiores Rom. Ad hæc increbuit fama, jam nunc meditari te & in hoc totum incumbere, ut nominatim magnatum ecclesiasticorum vitia notes, quod profecto facies sine exemplo, nisi velis veterem imitari comoediam, quam licentiosissimus ferre non potuit, sicut in Eupoli submerso, adeoque in ipso Aristophane videre est. Christus mansuetus inclamat Phariseos, quorum nomina etiamnum latent, Paulus incestuosum ejecit, & poenitentem ac emendatum restituit, suppresso nomine, quia nec per se infamiam quærit spiritus Christi, qui lenis est & paratior ad injuriam ferendum, quam irrogandum. Omitto, quod tragica vanitate, multa præter verum effingere cogeris. Nescit enim vel spiritus hominis quæ sunt in homine, & tu secretorum nostrorum, qui forte te ignoras, vis conscium reddere universum

& Germanice versa T. I. Aldenb. fol. 927. & Scultap. 112. reperitur. Mira prorsus in toto hoc negotio magnanimitas Lutheri elucet, & tantum non Θεῶν aliquid in ejus conatibus fuisse vel ex his apparet. T. d. H.

sum orbem. Neque evidens, nisi quod testibus fide dignis constat, ne prætextu Christi, mundi leges tibi præsidio compares, & asseveres licere affirmare, quod in luce hominum existit. Est enim, quatenus Christiana modestia dissimulat, ut maxime apertum sit, quod es exprobraturus. Cæterum, ne quid te celem, permovere ne quid affectui indulgeas contra meum Principem, nam si humanitus agere instituis, & pergis inservire aliorum affectibus, experieris forte & nos homines esse, quod tibi serio dictum puta, qui nosti quam leniter hæcenus adversum te conati simus, & certe ego nunquam tibi obfui. Oro itaque ne des occasionem, nec in necessitatem inducas pusillos, ut animum exasperent &c.

M.

W. F. *Capitonis* epistola (a) ad *Melanchthonem*.

Laudat prudentiam Melanchthonis. Quomodo Albertus Card. duriores ad se Lutheri literas acceperit. Ejus in Lutherum, ejusque causam favor. Defendit eum a criminationibus. Ad modestiam & pacem hortatur. Laudat Melanchthonem.

Mirari satis nequeo prudentiam tuam, qui tam circumspectas ad me dederis, nihil potuif-

(a) Est hæc epistola fere ejusdem cum antecedente argu-

potuisses commodius. Doctissimi Lutheri ad se scriptas Princeps legit, atque relegit placidissime nec aliud respondit etiam primo calore, quam acrem illam castigationem se non meritum, quando me authore cum Luthero haecenus clam fecisset, illicque vires atque auctoritatem confirmasset. Tum monachos minoritas arcendo a petulantia, incessendi istum, tum edicta Caesaris multis nominibus provocatus ex proposito intermitendo, neque se esse, qui Evangelium contemnat, quin religiose veneretur & colat, & sacris concionibus cupidius me operam det. Atqui rescripsit opinor ex animi tui sententia. Tuum erit, mi Philippe, curare, ne subolescentem Spiritum exstinguatis laceffendo; amantem pacis & otii liberalis. Nam si temere rixam moveritis, suboriturum video gravissimum incendium, quo eruditi etiam committantur, quos nulla munerum pollicitatio haecenus potuit committere, & in vos recidet suspicio, tanquam magis libidine, & impatientia animi, quam impatienti charitate acue-

gumentum. Patet exinde, quo animo erga causam Lutheri fuerit Albertus Elector. Meminit hujus Scultetus in Ann. Dec. I. p. 98. Epistolam Melanchthonis, ad quam Capito his respondet, quam Seckendorfius *notabilem* appellat, in ejus Epistol. Volumine non exstantem, ex ipso autographo, quod mihi teneo, jam descripseram, tecum ut communem facerem, sed deinde deprehendi jam integram a Sculteto p. 96. Ann. vulgatam esse. T. d. H.

acueritis stylum in tantum Principem deferentem vestro gregi rara quadam humanitate. Sunt alioquin Principes Adulteri, Scortatores, Lusores, & in voluptates sumptuosissimas propensi, sunt episcopi bellatores, & prophanis prophaniores, quibus nemo obgannit, & hic etiam omni stilo & linguis debet esse obiectus, qui si peccat, magis peccat amore religionis & studie ad verum cultum, quam malitia, in quem prodegit opes plusquam principales parituras aliis in cædibus & sanguine humano fundendo. Adde quod rem propius agnoscens ad legenda sacra, ad audiendas evangelicas, conciones, ad primas Episcopi partes fungendas se destinavit, nam dicendi Evangelii animum pridem insumsit, hactenus tamen deterritus est, ne conaretur, liberali pudore, & reverentia Ecclesiasticæ majestatis, quam vere expendit viribus suis superiorem. Hæc nescio, quid aliud cogitans scribo, ne, quod metuum, me desideraturum vestram modestiam, sed ut simpliciter & candide meam vobis sententiam aperiam, quia videtis Lutherum non solum non contemptum, sed illi habitum honorem, tanquam Evangelistæ, ulnis reprehensionem ambabus, quod ajunt, amplectimur. Jonæ heri varia communicavi, quem simul oravi tecum, vel ob communem fidei professionem caveat, ne ipsi nobis autores internecionis simus, & ne, quod ajunt, nostra ipsi vineta demetamus. Offendemus aliqui

qui, haud dubie Christum, modestiæ & pacis exemplum. Principis itaque responsum habes humanum, & prope supplex, quod is sua manu nemine præeunte conscripsit, mox a lectis literis, Lutheri nimirum, se illis fratri suo increpanti tragicum quid submittens. Vale, mi Philippe, gemma nostri seculi, & perge fidem, ut soles asserere, quo officio totum orbem, quam late pateat, in te observandum impelles, præterquam, quod divinitus inde præmium amplissimum feres. Vale. Hallæ 21. Decemb. 1521.

Visum fuerat his addere aliam Lutheri epistolam, quam a. 1529. Marpurgo ad uxorem scripserat, valde notabilem. Sed deprehendi eam jam à celeberrimo Miegio in Monumentis literariis Palatinis P. II. pag. 39. vulgatam. Id itaque solum monere liceat, hanc à me cum ipso autographo collatam ei convenire ad amissim. Tantum adjiciam inscriptionem epistolii, in memorato libro omissam.

Meinem freundlichen lieben Herren Catharina Lutherin/ Doctorin, Predigerin zu Wittenbergh. T. d. H.

CHRIST. AUG. HEU-
MANNI,

Epistola responsoria (a)

ad

V. CL. JOH. LAUR. MOS-
HEMIUM.

Etsi serius accepi Epistolam Tuam, VIR celeberrime, (fasciculum enim illum *Bibliothecæ Bremensis*, cui eam Cal. Maj. A. 1720. scriptam inserueras, postremo demum ejusdem anni mense videre mihi licuit,) ea tamen tantum abest, ut gratiam novitatis jam exuerit, ut potius illa Tui erga me amoris declaratio publica non mediocri mihi fuerit voluptati. Nec vero propterea de Tuo amore mihi gratulabar ac gaudebam, quod is Tibi nimis honorifica de me verba expresserat, (hoc enim unum in literis Tuis placere mihi non poterat, obstrepente tenuitatis meæ conscientia,) sed quod socium Te mihi præbere dignatus es in investiganda veritate & exterminando uno alterove errore e Rep. literaria. Hoc eo magis mihi gratum erat, quod intelligebam, Te & ingenii singulari pollere acumi-

ne,

(a) V. Cl. IV. fasc. I. p. 34. seqq.

ne, (quod vel ex ista epistola philosophico
 sane sale abunde conspersa elucet,) & ea esse
 animi fortitudine, ut præjudicatis haud suc-
 cumbas opinionibus, sed de omnibus accu-
 rate philosopheris, & nudam nulloque fuce
 illitam amplexeris veritatem. Pauci profe-
 cto ad istud fastigium in studio sapientiæ per-
 venerunt, sed plerique ac ii maxime, qui theo-
 logica *δοκασιστοφία* laborant, eos, quos bene
 de orbe literato merendi studium subinde
 compellit ad refellendos inveteratos errores,
 tam inhonestis adoriuntur armis, ut ne so-
 phismatibus quidem atque calumniis abstine-
 ant. Tibi vero, VIR eruditissime, cum lon-
 ge alia arriserit disceptandi ratio, non ægre
 in arenam Tecum descendo, discessurus
 quippe non tristis, sive vicero, sive victus
 fuero. Enimvero sinceri veritatis cultores,
 ut sola veritas triumphet, exoptant, adeoque
 nec sibi ipsis, cum errant, ignoscunt, sed
 refutari a quovis errata sua, veritatique præ-
 stari patrocinium, & æquo animo ferunt &
 magnopere gaudent. Quam vero patiens
 honestæ refutationis sim, ut & Tu, doctissi-
 me MOSHEMI, & boni omnes intelligerent,
 statuebam initio nihil publicæ responsionis li-
 teris Tuis humanissimis reponere, sed arbi-
 trium permittere lectoribus, ut sive meæ si-
 ve Tuæ subscriberent sententiæ. At cum
 visus sis in literis Tuis exigere nonnullam re-
 sponsonem, ne in Tuam humanitatem pec-
 casse

casse dicar, paucas profero annotationes, quæ mihi semel iterumque legenti Tuam Epistolam occurrerunt. En illas!

Pag. 39. nolles, me Dissertationem meam inscripsisse *Refutationem fabulæ*. Triumphum scilicet cecinisse videri possim ante victoriam. At scias, VIR optime. hic loci *fabulam* nihil esse aliud, quam *vulgarem narrationem*, quæ æque vera ac falsa esse potest. *Fabula* enim id proprie significat, atque hoc sensu usurpatur crebro a præstantissimis scriptoribus. *Phædrus lib. II. fab. 5. v. 6.* historiam aliquam vulgo notissimam appellat *fabulam veram*. Lege, quæso, quæ hanc in rem non ita pridem annotavi ad *Quintiliani Dial. de caus. corr. eloq. cap. III. n. 1.* Cæterum etsi illo sensu, quem dixi, & quo *fabula* etiam *vera* potest esse, id nominis in titulo dissertationis meæ cepi, tamen deinceps illam de Joanne in oleum conjecto narrationem etiam arctiore sensu appellare non dubitavi *fabulam*, id est, narrationem falsam: atque hoc ipsum est, quod non satis evictum a me fuisse existimas. Nam narrationem illam esse *fabulam*, hoc est, relationem in vulgus quoque notam, nec Tu negas, nec unquam quisquam negaverit.

Pag. 49. exhibes Tuam de ista narratione sententiam. Scilicet non defendis eam pro vera certa que, sed nec eam pro explorate falsa habes, adeoque rem in medio relin-

quendam esse contendis. Ac sane sunt hujus generis plura in omni historia, de quibus neutram in partem pronuntiandum, sed vetus illud **NON LIQUET** usurpandum est. An hanc in classem referenda sit ista, de qua disputamus, vulgi fabula, statim videbimus.

Pag. 50. credis, me concessurum, nihil esse in ista narratione, quod a temporibus illis alienum sit. Ego vero, **VIR** doctissime, id neutiquam concedo. Non enim usquam legi, Domitiani ævo id genus supplicii in usu fuisse. Quod si mihi objicis, quæ *Sagittarius* affert *lib. de cruciatibus martyrum cap. X. §. 44. & 45.* respondeo, ea non solum ævo Domitiani esse juniora, verum etiam fide martyrologica niti, quæ jamdudum pari passu ambulat cum fide poëtica. Addo, a possibilitate non esse argumentandum ad probabilitatem. Licet enim illud supplicium iis temporibus fuerit usitatum, (quod tamen an demonstrari possit, dubito,) tamen haud est probabile, eam Domitiani crudelitatem Christianis mansisse incognitam. Quod si cognitum Christianis fuisset, Joannem oleo immersum esse freventi, rursus haud sane verosimile est, eos pertinaci tecturos fuisse silentio historiam memoria nunquam intermoriturâ usque adeo dignam.

Pag. 50. videris, **VIR** clarissime hanc mihi tribuere conclusionem: *Narratio de Joanne illa*

illa est falsa, quia unius ea duntaxat hominis nititur testimonio. Ego vero non ita, sed hunc sum argumentatus in modum: *Hæc narratio est falsa, quia unicum illud Tertulliani testimonium falsitatis potest lucide convinci.* Sed video, Temet ipsum p. 52. agnoscere, priorem argumentationem non esse mihi tribuendam: atque adeo quiesco hac æquitate Tua.

P. 51. efficere studes, non primum id narraſſe *Tertullianum*, sed eum referre traditionem vulgi. Facile hoc concedo, VIR optime. Tantum addo, particularem hanc fuiſſe vulgi traditionem, non universalem. Alias non provocasset *Hieronimus* ad *Tertulliani* testimonium, sed ad consensum orbis Christiani. Ac p. 52. ipse huc descendis, assentiens, unum esse *Tertullianum*, quem *Hieronimus* cæterique sint secuti ducem.

P. 52. scribis, *Tertulliani* testimonium a me duabus rejici de causis, primo ob ejus viri credulitatem, deinde ob aliorum eade re silentium. Sed audi me, VIR doctissime. Prius argumentum, quod Tu primo collocas loco, mihi duntaxat secundarium est argumentum, quo utor ad expugnandum auctoritatis præjudicium. Doceo igitur, non mirum esse, falsa hic tradere *Tertullianum*, quippe qui & alias nimis facile fidem habuerit vulgi traditionibus. Sed quid plura disputem hac de re, cum ipse p. 55. sapienter illud argumentum missum facias, & in verum

meum argumentum omnem impetum convertas.

Itaque p. 55. aggredieris verum meum argumentum a silentio historicorum petitur. Sed nec hic mentem assecutus es meam. Mea enim argumentatio ita se habet: *Quæ narratio filetur ab iis, qui primo non poterant non rem habere cognitam, si vera esset; deinde, si cognitam habuissent, non fuissent tacituri, ea merito pro fabula habetur.* Vide sis meum *Lutherum Apocalypticum* p. 96. §. XX. ubi eadem forma hoc argumentum repræsentavi.

Pag. 56. argumentum meum a silentio petitur argute invertens ita argumentaris: *Si posteriores scriptores putassent, falsa narrari a Tertulliano, eum refutaturi erant saltem tribus verbis. Atqui id nemo fecit. Tacent ii, inquis pag. 58. qui non tacuissent, si fabulam existimassent.* Respondeo, illud ævum non fuisse historico - criticum, quale nostrum est, sed ad fabulas propagandas, quam ejiciendas, aptius. Accedit, illa ætate partem pietatis habitam fuisse, conservare fabulas ædificationi aptas, imo excogitare. Tu quidem, VIR doctissime, ignorare id non potes, ac ego, si aliunde non nossem, ex solo *Dallei de usu Patrum* incomparabili Opere discere potui. Denique si Tuum illud argumentum esset ratum, vah! quanta multitudo fabularum foret retinenda, quæ repugnante nemine per plura sæcula fuerunt bona fide creditæ! *Quis fabulam de Joanna Papif-*

Papissa notavit ante *Aventinum*? Quis non simplicissima credulitate amplexus est, quæ *Launojus* demum, *Dupinius*, *Centuriatores Magdeburgici*, alique falsi convicerunt? Ac ipse p. 36 *Plurima*, inquis, *Patres nostri crediderunt, quæ in lucubrationibus anicularum numero.*

Pag. 58. sub examen vocas silentium *Hieronymi*. Dicis eum in *Catal. script. eccl.* illam narrationem fuisse refutaturum, si eam pro falsa habuisset. Annon, VIR optime, multo majori jure sic ego respondeo: *Hieronymus* isto loco illius historiæ mentionem fecisset, nisi eam pro falsa habuisset. Quod igitur eam non commemoravit, cum commodissimam haberet occasionem ejus commemorandæ, ex eo merito colligimus, *Hieronymo* eam non visam fuisse veram. Quod non impugnavit eam, ideo fecit, quia illo ævo non erat moris, ea refutare, unde spes erat nonnihil accessurum esse vel ad pietatem plebis vel ad honorem *Joannis Apostoli*.

P. 59. & 60. ideo negas, a me recte urgeri silentium *Irenæi*, *Eusebii*, *Origenis* & *Hippolyti*, quod nullus eorum instituerit perfectam describere *Joannis* historiam. Hic pace Tua sic respondeo: Quatuorviri isti locis a me adductis aliquid narrant, quod eos ultro invitabat ad memorandum illum *Joannis* casum, si is ipsis fuisset cognitus, verusque habitus. Præterea e re ipsorum erat, istis locis laudare *Joannem*. Dum igitur ta-

cent, clamare mihi videntur, se nihil tale de Joanne compertum habuisse.

Pag. 60. novum fulcrum Tuæ supponis antithesi seu potius dubitationi. Fortasse, inquis, hæc historia in libris exstitit, qui jam perierunt. Sed paucis respondeo, in deperditis illis libris exstitisse eam non posse, quia, si eam pro vera habuissent laudati viri, in superstibus libris eam non omisissent, oblatis quippe pluribus iisque perpulchris occasionebus eam commemorandi.

Pag. 61. suspicaris, *Eusebium* ac reliquos tres modo memoratos scriptores eam tacuisse ob causam, quia non legerint *Tertullianum*, scriptorem quippe Latinum. Sed hoc facile, nisi fallor, dilui potest. Si namque ista historia esset vera, *Eusebio* cæterisque ea non fuisset cognoscenda e *Tertulliano*, sed etiam a Græcis scriptoribus decantata fuisset: idque eo magis necessarium est, quod in regione Græca lingua utenti diu vixit mortuusque est Joannes ille.

Videant jam alii, imo ipso videas, VIR Clarissime, utrum dicendum Tecum sit: *Non liquet*, an concedendum, me ad liquidum perduxisse, illam esse falsissimam fabulam. Nolo pluribus Tua morari tempora honestissimis destinata studiis, atque adeo concludo meam hanc disputationem repetitione argumenti mei. Si, inquam, *narratio Tertulliani esset vera, sequitur, eam notam atque decantatam fuisse*

fuisse scriptoribus ecclesiasticis. Atqui posterius est falsum. Ergo & prius.

Verum sentio, me abs Te revocari, doctissime MOSHEMI, & urgeri, ut aperiā causas, quibus ductus rejiciam pro supposititiis Polycarpi & Ignatii Epistolas sine ulla exceptione. Vellem Tibi morem gerere, si mihi vacaret, ita, ut par est, hoc argumentum exsequi. At cum tantum otii mihi nunc relictum non sit, ut in mare hoc evehi queam, rogandus mihi es, ut ipse, si modo vacat, epistolas illas acerrimo subjicias examini, utriusque partis eruditorum rationes expendas, ac denique cum videris, utra pars præponderet, sententiam feras. Ad me quod attinet, novi quidem, me non protulisse novā opinionem, sed Ignatii Epistolas jamdudum pro pseudonymis habitas fuisse a Blondello, Dal-
leo, Salmasio, Albertino, Centuriatoribus Magdeburgicis, Mart. Chemnitio, Josua Arndio, Larroquano, Tenzelio, Sam. Basnagio; eandemque de Epistola Polycarpi sententiam tulisse Usserium, Blondellum, Dallæum, Boeclerum; attamen non pertraxerunt hi viri in hanc me sententiam auctoritate sua, sed tantum confirmarunt. Meæ autem rationes præcipue hæ sunt, quod in Ignatianis Epistolis omnia manifesto tendunt ad stabiliendam auctoritatem vel potius dominatum Episcoporum; quod in illis frigida ineptique tumo-

ris & affectatæ humilitatis plena sunt omnia; quod sæculum II. & III. permultos aluit homines, qui scriptis sub sanctorum virorum nomine conscribendis publicandisque orbi illuserunt turpiter. Cæteras, quibus motus sum, rationes omitto. Vide, si placet, quæ jam A. 1710. hoc de argumento disserui in *Actis Eruditorum Lipsiensibus* p. 197.

Vale VIR eruditissime, mecumque perge in hoc stadio literario strenue decurrere, non invidum, sed admiratorem atque æmulum me habiturus, si longo intervallo præcurreris. Gottingæ d. XXIV.

Januar. clō lcccxxi.

CLEMENTIS VIII. Pa-
pae ad Senatum *Basiliensem*
Literae.

*Fistula dulce canit, volucrem dum
decipit Auceps !*

Dilectis nobis Consuli & Sena-
tui Civitatis Basileæ

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti nobis: Salutem, & divinæ gra-
tiæ lumen. Accepimus literas ve-
stras, quibus à nobis diligenter peti-
tis, ut N. N. Civem vestrum è custo-
dia, in qua hujus Sanctæ generalis
inquisitionis decreto detinebatur, educi ac
emitti jubeamus, sed antequam redditæ no-
bis essent literæ vestræ, jam ille omni cum
humanitate tractatus, & liber demissus fue-
rat, propterea quod Fidem Catholicam agno-
vit, quam hæc Sancta Romana Ecclesia omni-
um Ecclesiarum mater & magistra semper
docuit & docet. Quin etiam se eandem
fidem jampridem susceptam, constanter re-
tenturum professus est. Utinam & vos sin-
gulari Dei beneficio agnoscatis eandem Ca-
tholicam fidem, quæ una est, non heri, aut

nudius tertius ab hominibus novitatis amato-
ribus excogitata, sed à Christo Domino, ve-
ritatis & vitæ auctore allata, qui eam Sanctos
Apostolos suos, & beatissimum inprimis Apo-
stolorum principem Petrum docuit, cui im-
mobilis petræ firmitatem ipse dedit, qui por-
tat omnia verbo virtutis suæ, & supra eandem
petram, Ecclesiam suam ædificavit, & usque
in finem seculorum ædificat, cui Regni cœlo-
rum claves dedit & oves suas pascendas com-
misit. Petrus autem Romanæ Ecclesiæ ubi
Apostolatus sui Cathedram constituit, eandem
fidem tradidit, & sanguine profuso glorioso
martyrio consignavit, quam unam & anti-
quissimam fidem Romani Pontifices, ipsius
beati Petri successores, quamvis à Tyrannis &
Hæreticis vehementissimè oppugnatam, in
summa temporum varietate integram & in-
violatam, per Dei gratiam conservârunt, &
jam tot sæcula decurrerunt, usque ad humi-
litem nostram, qui licet meritis impares,
Dei tamen dispositione, in eadem Apostolica
Petri sede, universali Ecclesiæ præsidentes
pretiosum ejusdem Catholicæ fidei depositum,
Spiritu Sancto auctore, illæsum atque illiba-
tum conservamus.

Quam sanè Catholicam Romanam fidem,
quæ ab initio, & per omnes ætates annuntia-
tur universo mundo, avi & majores vestri,
non minus Religionis integritate & constan-
tia, quam fortitudine præstantes, solam rece-

perunt, solamque professi sunt, omnisque fortissima Helvetiorum Natio profitebatur, non adeo veteri, ut nostis, memoriâ, cum terra esset labii unius, sermonumque eorundem, id est, cum omnes unum Deum, unam Fidem, unam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Romanam, corde crederent ad Iustitiam, & ore confiterentur ad salutem, à cuius Ecclesiæ firmitate, qui se ipsos præciderunt, quibus errorum fluctibus jactentur, quibus ventis doctrinæ veluti parvuli circumferantur, in quos denique hæresium scopulos illiduntur, nemo non videt, & vos facile, ipso rerum experimento edocti, animadvertere potestis, eos, qui semel à Veritate Catholica, & Romanæ Ecclesiæ communione discesserunt, nusquam stabiles consistere, nusquam certo in loco pedem figere, sed ex errore in errorem præcipites ruere, ac postremò ad impietatem & Atheismum labi, & hic fructus est eorum, qui novam Ecclesiam, novam Fidem quærentes, nullam tandem Ecclesiam, nullam Fidem nec Deum habent, quæ est profunditas malorum & calamitatum omnium. Utinam hæc vos attentius consideraretis, quæ certè, si animo sedato & veritatis dignoscendæ cupido considerentur, nimis manifesta sunt, vosque Catholicorum nepotes esse ad memoriam revocetis, & rejecto quovis obice, qui cœlestis gratiæ lumen

excludit, in vos ipsos reversi, dicatis cum filio illo salutariter pœnitente, surgamus & eamus ad Patrem nostrum, ad Deum non dissensionis, sed pacis, ad Dominum Patris vestri, quæ est Ecclesia Dei viventis, columna & firmamentum Veritatis, in qua sola panis vitæ reperitur, & extra quam nulla est salus, ad petram Fidei, supra quam Christus Dominus Ecclesiam suam fundavit, ad matrem vestram Romanam Ecclesiam, quæ majores vestros per Evangelium in Christo genuit, & maternæ charitatis non oblita, iterum vos intra gremium suum recipere optat ardentissimè. Nos pro nostro pastoralis officii munere, & zelo salutis animarum, & pro ea propensione, quâ erga Nationem Helveticam affecti sumus, non cessabimus orare Deum & Patrem misericordiæ, ut auferat velamen de cordibus vestris, omnesque tenebras depellat, ut unam Ecclesiam & unam Fidem Catholicam agnoscatis & profiteamini, nobisque aliquando vos, tanquam filios nostros dilectos è regione longinqua redeuntes, summo cum gaudio amplecti, & in visceribus Christi perpetuò retinere liceat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 11. Aprilis. MD. XCVII. Pontificatus nostri VI.

Sylvius Antonianus.